illđ. ⁊ aliud cecidit ſup̄ petrā: ⁊ natū aruit q2 nō
hẽbat hūorẽ. ⁊ aliđ cecidit int̄ ſpinas: ⁊ ſil̄ exorte
ſpine ſuffocauerũt illđ. et aliđ cecidit in t̄raȝ bo-
nā: ⁊ ortū fecit fructū cẽtuplū. Hec dicẽs clama-
bat. Qui hȝ aures audiẽdi audiat. Int̄rogabãt
aũt eū diſcipl̄i ei⁹ q̄ eſſet hec ꝑabola. Quibꝫ ip̄e
dixit. Uob datū eſt noſſe myſteriū regni dei. cete-
ris aũt i ꝑabolis: vt vidẽtes ñ videãt ⁊ audiẽtes
nō intelligãt. Eſt aũt hec ꝑabola. Semẽ eſt v̄bū
dei. Qđ aũt ſec⁹ viā hij ſũt q̄ audiũt. deinde vẽit
diabol⁹ ⁊ tollit v̄bū de corde eoꝝ ne credẽtes ſal-
ui fiant. Nā q̄ ſup̄ petrā: q̄ cū audierint cū gau-
dio ſuſcipiũt v̄bū ⁊ hij radices ñ hñt q2 ad tp̄s
credũt ⁊ i tp̄e tẽptatiōis recedũt. Qđ aũt i ſpinis
cecidit hij ſunt q̄ audierũt ⁊ a ſollicitudibꝫ et di-
uitijs ⁊ voluptatibꝫ vite eũtes ſuffocant̄ ⁊ ñ affe-
rũt fructū. Qđ aũt in t̄rā bonā hij ſũt q̄ in corde
bono ⁊ optio audiẽtes v̄bū retinent ⁊ fructū af-
ferũt in patientia Lu. viij. In h̄ ſacro euāgelio
tria ꝑcipua myſteria ꝯtinent̄ in ſumma.

Primū dr̄ xp̄i amoroſa ꝑdicatio.
Scd̄m dr̄ v̄bi dei gratioſa diſſemiatio.
Terciū dr̄ eiuſdẽ v̄bi virtuoſa deſignatio.

Circa ꝑmū myſteriū de iſta ꝑdicatiōe xp̄i amo-
roſa Notādū q̧ q̄ȝ mario amore xp̄s feruẽs ad
ſalutem hoim ꝑdicauerit h̄ ſacꝝ euāgeliū inuit
cū dr̄ In illo tp̄e. Sȝ q̄ tp̄e h̄ xp̄s ꝑdicauit Guil̄.
⁊ doc. dicũt q̧ anno etat̄ ſue. xxx. ⁊ poſtq̄ȝ cepat
ꝑdicare publice anno. ij. ꝑdicatōis. ꝑma die mẽ-
ſis aplis. Et tũc ex mag̃ zelo aīas lucrādi it̄ faci-
ebat ꝑ ciuitates ⁊ caſtella ꝑdicās regnū dei. ⁊. xij
diſcipuli erãt cū illo vt dic̄ Lu. vbi ṡ. ⁊ mlt̄e mu-
lieres q̄ curate erãt ab infirmitatibꝫ ⁊ malignis
ſpiritibꝫ. ⁊ q̄qȝ miſtrabãt xp̄o ⁊ diſcipul̄ de facul-
tatibꝫ ſuis. Et ſm̄ Math. Exiuit Jeſus ſec⁹ ma-
re galilee. ⁊ cū plīma turba cōuenirẽt ad eūȝ: ita
vt ꝑ multitudīe ne ꝯp̄meret̄ xp̄s aſcẽdit in naui-
culā ⁊ ſederet. oīs aũt turba ſtabat in littore. ac
ſic ꝑdicauit eis qđ ſequit̄. Exijt q̄ ſemiat ⁊c̄. Ecce
g̃ q̄ntū amorẽ hẽbat ad ꝑdicādū. q2 ñ ſolū i ciui-
tatibꝫ ſed ⁊ i cāpis ⁊ maritimis ꝑdicabat. Sed
heu q2 vt dic̄ euāgeliū. turba. ſ. cōis ppl̄i ꝑꝑera-
bat ad ꝑdicatōeȝ xp̄i. nō diuites. nō potẽtes. ſic̄ ⁊
hodie videm⁹ fieri q2 pauci potẽtes vl̄ diuites ⁊
raro vadũt ad ſmonẽ v̄bi dei. Quare h̄: niſi q̄a
vt Aug⁹. dr̄ Principes inq̄t et reges de q̄nto al-
tiores de tāto ad malū ꝑniores ⁊ ꝑ ꝯñs ad ſalu-
bria ſegniores. Sȝ q̄d erit ill̄ i fut̄o Iſiđ. ď ſūmo
bo. li. iij. audiãt dicẽtẽ. De q̄nto inq̄t ꝑncipes ſũt
h̄ nitidiores i purpura regali: ď tanto ſi male vi-
uunt erũt deſpectiores i flāma gehẽnali. ¶
Sed ad propoſitum iuxta ſacrū euangeliuȝ

occurrunt alique queſtiones hic declarande.
Prima de ꝑabole ꝑpoſitione.
Scđa de exeunte ſeminatore.
Tercia de ꝯgruenti xp̄i comꝑatione.

Prima q̄ſtio ď ꝑabolica ꝑpoſitōe ẽ. Quare xp̄s
dñs turbis ſimplicibꝫ noluit res diuias ꝑpone-
re ꝑ aptā v̄itatẽ. ſȝ ſub ꝑabol̄ ⁊ ſil̄itudibꝫ. Nā dr̄
euāge. Cū turba plīma ꝯueniret ⁊c̄. dixit ꝑ ſilitu-
dinẽ. Nōne hm̄ōi ſimplicibꝫ meli⁹ cẽt loq̄ ꝑ aptā
v̄itatẽ. Rñdet̄ ſm̄ doc. ꝑcipue Tho. j. pte. q. j. q̧
ꝑcipue rōnes ſũt tres. Primā ex pte bonoꝝ ac-
cipiam⁹. vt. ſ. bonos ⁊ ſtudioſos ad ſp̄ūalẽ itelli-
gẽtiā alliceret. q2 i obſcur̄ mag̃ ſolẽt ſe homīes
exercitare ⁊ māifeſta nōnūq̄ȝ ſp̄nere. ⁊ ſic eo meli-
us ſimplices ⁊ rudes hoies facili⁹ ꝑ exẽpla docẽ-
tur ⁊ meli⁹ capiẽtes in memoria retinẽt. q2 vt dr̄
iij. de aīa. oportet itelligentẽ fātaſmata ſpecl̄ari.
Proinde vt dr̄ Mar. iiij. Xp̄s talibꝫ mlt̄ ꝑabo-
lis loq̄bat̄ v̄bū eis ꝑut poterãt audire. ſ. ad itel-
ligẽdū. ſine ꝑabol̄ aũt nō loq̄bat̄ eis. Seorſum
aũt oīa diſſerebat diſcipul̄. ſ. q̄ int̄rogabant ſm̄
Hiero. Et ſic ꝑdixerat ď xp̄o Pſ. loq̄ns i ꝑſona
ei⁹. Aperiā in ꝑabol̄ os meū: loq̄r ꝑpoſitiōes ab
initio. Scđa rō ex pte maloꝝ vt. ſ. idignis v̄itaſ
celaret̄. ſic̄ ipſemet teſtat̄ in h̄ euāgel̄. di. diſcipul̄
dignis. Uob datū eſt noſſe myſteriū regni dei. ce-
ter̄ aũt in ꝑabol̄ vt vidẽtes. Theophil⁹. i. vide-
re ſe vel itelligere putãtes ꝑ ſupbiaȝ nō videãt. ſ.
veracit̄. ⁊ audiẽtes nō intelligãt. Ad id exẽplū
ponit Chryſ. ome. xviij. di. Qui ſctm̄ dat canibꝫ
canes ñ ſctificat. ⁊ q̄ margaritas dat porc̄ porci
ex margarit̄ ñ nutriunt̄. ſȝ ecōuerſo canes ſctm̄
inq̄nãt ⁊ porci margaritas ꝯfrigũt vel ſordidãt
Ita ſi hoibꝫ mal̄ ⁊ idignis celeſtia myſteria tra-
diderit̄: illos ñ illūinãt. ſed ipſi blaſſemãdo v̄ita-
tis myſteria coinq̄nãt. hec ille. Hoc vide⁹ q̧ cū
q̄s bon⁹ hō i tabña poſit̄ loquit̄ aliq̄ ſalubria il-
li irridẽt talia. nā ⁊ ſe mutuo baptiſãt vino. Ter-
cia rō ex augmẽtatiōe meritoꝝ. q2 ſi v̄itates di-
uinas xp̄s clare poſuiſſet ñ eſſȝ tãt⁹ labor i ſtudẽ-
do ⁊ acq̄rẽdo v̄itates ſcp̄ture. Sȝ q2 poſite ſũt i
figur̄: opꝫt nos laborare vt itelligam⁹ ⁊ ſic the-
ſauꝝ ſapie q̄ſi fodiẽdo iueniam⁹ ac maiora me-
rita acq̄ram⁹. Nā int̄ alia merita magni meriti
eſt ſcrutari ſcp̄turas ⁊ audire v̄ba dei ac ſecreta
myſteria fidei. Jđo Dauid i Pſ. dic̄. Bti q̄ ſcru-
tant̄ teſtionia tua i to. cor. exq̄rũt ea. Bti inq̄ȝ. ſ. h̄
in ſpe ꝑ gr̄aȝ ⁊ i fut̄o ꝑ gl̄iaȝ. O g̃ hō ſcito q̧ ma-
gnū meritū hẽbis audiẽdo v̄ba dei ⁊ int̄rogan-
do ac ſtudẽdo neceſſaria tue ſalut̄. ¶ Se-
cūdo itaq̄ȝ q̄rit̄ de exeũte ſemiatore de q̄ dic̄ euā-
ge. Exijt q̄ ſemiat ſeiare ſe. ſuū. Quis ẽ iſte ſemia-
tor agricola. Rñdet Beda di. Satorẽ iſtū nul-
lū meli⁹ q̄ȝ filiū di itelligere poſſū⁹. q̄ ď ſinu pr̄is
exiẽs vẽit i hũc mōm. ſ. ꝑ icarnatōeȝ. vñ Job. xvj
Exiui a pr̄e ⁊ veni i mōm. Jtẽ ſcđo ex vtro v̄gis
mr̄is exijt ꝑ natiuitatẽ ſemiare v̄buȝ ꝑdicatōis
ꝑ mūdū. Ac tercio de mōo exijt ad cruc̄ patibu-

lũ ꝑ mortē. ⁊ ſic exijt pluries ſemiare ſemē panis celeſtꝭ. ſ. ꝟbi dei. Queſtio tcia vñ cōgruit xp̄m dñm aſſilꝉari agricole ſemē ſemināti. Notādū ꝙ plibꝰ rōnibꝰ. Prīo qꝛ agricola ſeminans hũilr̄ induit̄. ſ. vilibꝰ veſtimētꝭ ⁊ vt plimū incedit pedibus nudis. Sic xp̄s vilitatē mortalꝭ nr̄e carnis īduit ⁊ nudis pedibꝰ īceſſit q̄zdiu vixit. vñ Hiere. xiiij. Quaſi colonꝰ futurꝰ es in tr̄a. Scd̄o q̄a agricola ſator ex labore mlꝉto calles hꝫ ī māibꝰ ⁊ pedibꝰ. ꝑ callē eī hmōi laboraſſe ꝯgſcit̄. Sic xp̄s cicatrices vulneꝝ ī manibꝰ ⁊ pedibꝰ ⁊ īſuꝑ latere hꝫ q̄s ſuſcepit in labore paſſiōis nr̄eq̄ȝ redemptōis. Tertio qꝛ ſicͭ agricola mlꝉtimode ſudat ī labore ⁊ fatigat̄. ſic xp̄s tota vita ꝓ nob̄ ſudauit laborādo ⁊ fatigatꝰ fuit vſq̄ȝ ad mortē. vñ Aug. li. ꝯ q̄nq̄ȝ hereſes ī ꝑſona xp̄i dicͭ. Cū eſſes inimicus pr̄i meo recōciliaui te ꝑ me. ſ. o hō ecce q̄ntū amaui te. laboraui: ſudaui ꝓ te: caput meū ſpinis oppoſui: manꝰ meas claui ꝑforauerūt: lancea latꝰ meū apuit: ſanguinē meū fudi: aīaȝ poſui vt ꝯiūgerē te mihi. ⁊ tu diuiderꝭ a me. Hec ille. O pctōr reama xp̄m ⁊ age pniaȝ ne labor xp̄i fruſtret̄ ī te ꝑ tua pctā. ¶ Quarto qꝛ agricola libent̄ laborat ī ſeminādo vt tādē gaudeat in metēdo ⁊ fructu colligēdo. Vñ Augꝰ. dr̄. Qui ñ laborat in ſemie nō gaudebit ī meſſe. ⁊ ꝑ ꝯ̄triū. Qui laborat ī ſeminādo gaudebit ī fructu colligēdo. iuxta illō Pſ̄. Eūtes ibāt ⁊ flebāt mittētes ſemia ſua. Venietes āt veniēt cū exul. por. maniſu. ⁊c̄. Sic xp̄s dñs ī pñti ſeminādo ī cordibꝰ fideliū ⁊ oīm hoim ꝟba dei laborat ꝑ ſuos p̄dicatores et laborauit ꝑ ſeip̄m ī vita iſta p̄dicādo vt tanq̄ȝ bonꝰ agricola habeat metere ⁊ fructꝰ colligere ī celū. Nā p̄mo metet ī hora mortꝭ ⁊ tādē in fine mōi oēs vicȝ hoīes. Apoc̄. xiiij. Mitte falcē tuā ⁊ mete. qꝛ inq̄t vēit hora vt metat̄ ⁊c̄. Scd̄o ſtipulo excutiet̄. ſ. dure ſnīe ⁊ ventilabit ſeꝑando g̃na. i. electos a paleis ⁊ ceterꝭ hoibꝰ. i. a reprob̄ ⁊ īfidelibꝰ. Itē tcio bona. ſ. g̃na tritici colliget ī horrea gaudēs. ſꝫ cōburet paleas ⁊ ſtramia tāq̄ȝ inutilia. beſtijs aīalibuſq̄ȝ calcāda ⁊ comedēda tradet. Sic xp̄s vt dr̄ Lu. iij. Cuiꝰ vētilabrū ī māu eiꝰ ⁊ purgabit areā ſuā ⁊ ꝯgregabit triticū ī horreū ſuū. paleas ꝟo comburet igni īextinguibili. Hec ibi. Ac ſuo mō ſtramia. i. infideles ⁊ reprobos demōibꝰ calcāda ⁊ mordēda tradet. erūtq̄ȝ tāq̄ȝ fetidiſſimi fimi in īferno poſiti. Ve g̃ ve pctōribꝰ. age cariſſime pniam ne ꝑeas. ¶

Circa ſcd̄m de ꝟbi dei g̃tioſa ⁊ pījſſima diſſeminatōe. qꝛ dr̄ euāgeliū ꝙ dū ſemiat aliō cecidit ſecꝰ viā. aliō ſuꝑ petrā. et ſic d̄ alijs. Mira q̄ppe dī ⁊ dñi ieſu pietas ⁊ gr̄a largiflua in h̄ appet ꝙ ſic ſemiauit ꝟbū dei vt ñ ſolū caderet in tr̄ā bonā ſꝫ etiā iuxta viā ⁊ int̄ ſpinas. cū bñ ſciret tāq̄ȝ optimꝰ agricola qꝛ ñ fructificaret ſemē niſi ī tr̄a bona. nā alij agricole h̄ p̄cauēt q̄ntū pñt. Pro cuiꝰ itellectu clariori Notādū eſt ꝙ xp̄s dñs ī h̄ euāgelio dī. ſemē ꝟbi dei ſic ſeminaſſe ex pietate q̄dē ⁊ amore diuio vt caderet in q̄druplici tr̄a h̄ eſt in q̄tuor geneꝝ hoim corda: q̄tinꝰ nullꝰ poſſet ſe excuſare ī eo ꝙ dānaret̄ ꝓ defectu verbi dei. Quia vt ſcribit̄ Iac̄. j. deꝰ oībꝰ dat ſapiaȝ ꝟbi dī affluent̄. ſ. q̄ntū ē ex ſe et ex ſua caritate. Sꝫ ꝙ ñ oēs ex ꝟbo dei ꝓficiūt hoim culpa ē. Sicut exēpli gr̄a videmꝰ ꝙ idē ſol eq̄lr̄ oībꝰ īfluit ſuos radios ⁊ ſplēdorē ac ꝟtutē calefactiuā. ⁊ tñ aliq̄ ex hmōi radijs ſolꝭ exiccant̄ vꝉ areſcūt vt fenilia. aliq̄ liq̄ſcūt vt cera: oleū ⁊ pinguia. aliq̄ aūt īdureſcūt vt lutū ⁊ hmōi. Sꝫ h̄ vñ ē: nō a ſole q̄ vnꝰ ē ⁊ vniformit̄ agit ī inferiora. ſꝫ h̄ eſt ex ꝑte creaturaꝝ recipiētiū influētiā ſolꝭ vbi ꝓ diuerſitate talium effectuū repit̄ diuerſitas diſpoſitionū. Sic eñ lux deſcēdēs eq̄lr̄ ſuꝑ tres tabulas vnā aureā. aliā argētea. terciā lignea. Ille tres tabule nō eq̄lr̄ recipiūt lucē. Sic deꝰ q̄ntū ē de ſe eq̄lr̄ dat oībꝰ gr̄am ī ꝟbo p̄dicatōis vꝉ lectōis illūinādo mentē. Sed ꝙ hō nō hꝫ gr̄aȝ nec ꝯuertit̄: ſua culpa ē. qꝛ nō recipit nec ſe diſponit ad recipiēdū faciēdo qd̄ ī ſe eſt. ⁊ ideo iuſte dānat̄. vt patꝫ ꝑ ſcm̄ Tho. iij. ꝯ gētiles ca. cliij. ⁊ cōit̄ doc. Suo mō videmꝰ in p̄dicatōe ꝙ aliqui pctōres audiētes dei ꝟbū ꝯpungunt̄ ad fletū ꝓ pctīs. alij minime. aliq̄ etiā audieñ p̄dicari d̄ gaudijs celeſtibꝰ letant̄ ꝙ deꝰ tāta bona daturꝰ eſt iuſtꝭ q̄ ⁊ ipſi ſperāt ꝯſeq̄. Alij ꝯtriſtant̄ ꝙ ꝑ pctā ſua talia bona amiſerūt ⁊ penas demeruerūt. alij deſpiciūt p̄dicantē. q̄re hec: niſi ex ipſoꝝ audientiū varia diſpoſitōe. qm̄ aliq̄ iō vadūt ad p̄dicationē vt ſe recog̃ſcāt ⁊ diſcāt vitare pctā. alij vt p̄dicatorē in ꝟbis notare poſſint. ⁊ ſic de alijs. ¶ Ad ꝓpoſitū g̃ in euāgelio dicit ſaluator ꝑabolice ꝙ ſemē cecidit in q̄tuor genera terraꝝ ſignificātia q̄tuor genera hominū ⁊ ñ fructificauit niſi in q̄rto. Prīo q̄dē cecidit in tr̄ā ſecꝰ viā h̄ ſignificat corda maloruȝ xp̄ianoꝝ q̄ nō ſunt ī via p̄ceptoꝝ dei ſed ſecꝰ viā qꝛ fidē xp̄i hñt ſed ñ oꝑa. eoꝙ viuunt in pctīs vt ſūt luxurioſi ⁊ oēs vicioſi. In talibꝰ volucres celi. i. demōes ī aere hitātes ꝑambulādo ꝯculcant ꝟbū dei. i. ꝯtēptui faciūt ꝑ hoīeȝ ip̄m ⁊ ſic tollūt ne illi ſalui fiāt ꝑ pniam agēdā. Scd̄o inq̄t cecidit aliō ſuꝑ petrā: h̄ ſignificat cor duꝝ lapideum ī pctīs obduratōe. tales audientes dei benignitatē ſuſcipiūt ꝟbū cū gaudio. ⁊ q̄ñq̄ȝ ſpe venie cōpūgunt̄. ſed qꝛ carēt hũilitatꝭ ꝓfunde radice nec hñt ſufficiētē hūorē gr̄e ꝓpt̄ ſuꝑbiā cordis ſuꝑuenientē: tēptatiōe vincunt̄ ⁊ ad p̄ſtina vicia reuertunt̄ pꝰ cōpūctionē. Tertio aliud cecidit int̄ ſpinas. ⁊ ꝑ hmōi ſignificant̄ auari diuites ⁊ carnales in q̄bꝰ ſuffocat̄ ꝟbū ꝑ ſollicitudines et voluptates vite nec fructificāt. Ecce g̃ patet ꝙ p̄dicta tria genera hoim licȝ q̄tidie currāt ad p̄dicationē: tñ fructū ſalutꝭ ñ acq̄rūt ex malicia ſua.

¶ Sed q̄ſtio occurrit quō per ſpinas deſignauit xp̄s diuitias: cū ille pūgant. iſte delectēt. Rñdet̄ ſm Gre. ⁊ doc. ꝙ idō. qꝛ ſicͭ ſpine licȝ ſub flore pūgūt ⁊ cruētant ſe amplectentē. ſic diuitie

ſub flore vł folijs mūdane glie ꝯſciam pūgūt ꝛ
inflicto vulnere pcti cruentāt. Jtē qꝛ ſicut int̄ ſpi
nas ſerpēs latitat ꝛ in ſpinis exardeſcit ignis ve
hemēti⁹. ſic cupiditas diuitiaꝝ hꝫ ī ſe diaboli la
queū ꝛ materiā ignis īfernal̄. Unđ. j. Thim̄. vj.
Qui volūt diui. fieri īci. in laq̄. dia. et in deſide. q̄
mergūt in īteritū. O ḡ auari penitemi ad v̄buꝫ
dei. Quarto dic̄ euāgeliū q̄ aliđ ſemē cecidit ī
terrā bonā ꝛ fructū fecit abūdātiſſimū. ꝛ h̄ ſigni
ficat bonos v̄bū dei deuote audiētes ꝛ obſeruā
tes ad fructū et̄ne btitudis. qꝛ vt teſtat̄ ſaluatoꝛ
de eadē pabola loq̄ns Marci. iiij. verbū dei de
uote auditū ꝛ obſeruatū facit in q̄buſdā fructū
triceſimū. vt ī ꝯiugat̄. Jn alijs ſexageſimū. vt ī
viduis. Jn alijs aūt cēteſimū. vt in v̄ginib⁹ ſ̄m
glo. O ḡ vere bńdictū v̄bum dei. o q̄ntū deberet
S Circa terciū p̄ncipale (amari ab oib⁹.
ſcꝫ de v̄tuoſitate v̄bi dei qđ ī euāgelio deſignat̄
dū ꝯpat̄ ſemi qđ ē v̄tuoſū Queſtio occurrit. q̄re
xp̄s dn̄s aſſimilauit v̄bū dei ſato ſemi ꝛ ecōuer
ſo ſemē ſatū verbo dei. Rn̄det̄ q̄ pluribꝰ rōnibꝰ
quas tradūt doctores theologi.

Rationes cur Verbum Dei comparetur ſemini

Primo rōne terrene repoſitionis.
Scđo rōne celice influxionis.
Tercio rōne partitiue victitatōis.
Quarto rōne efficacie ſue virtut̄.

1. Prio inquā rōne t̄rene repoſitiōis. Nā ſemē in
t̄re viſceribꝰ reponit̄ ꝛ occultat̄. ſic v̄bū dei ī coꝛ
de viſceroſo t̄reni hoīs reponit̄ ꝛ ꝯdit̄. ꝛ ſic ī ꝓfū
do memorie ſuat̄ ne peat ſꝫ fructificet. Ps̄. Jn
corde meo abſcōdi eloq̄a tua vt nō peccē tibi.
2. Scđo rōne īfluxiōis celeſt̄. Nā niſi ſidera cele
ſtia influāt irrigādo vel rorādo ſemīa n̄ creſcūt.
Sic nec v̄bū dei niſi īfluat gr̄a ſupna dei in coꝛ
de hoīs q̄ꝫuis auditū ꝛ retētuꝫ nō fructificat vt
dt Gre. Propt̄ qđ in p̄ncipio ſ̄mōis ſole⁹ gr̄am
3. dei p̄ btāꝫ v̄ginē iplorare. Tercio rōne ptitōis
Nā ſemiatoꝛ ſemis de pte viuit h̄ anno ꝛ de pte
alt̄a ī ſeq̄nti anno. Sic verbū dei viuificat ꝛ nu
trit aīaꝫ ptim ī p̄nti. ſ. p̄ gr̄aꝫ dī et tādē ī futuro p̄
gl̄iam et̄nā vbi videbit ocul̄ mēt̄ faciē dei ꝛ veri
tatē deitat̄ xp̄i quā h̄ audiuit in p̄dicatiōe. T
Exm̄ refert Arnold⁹ tractās illđ Matth. xix.
Ois q̄ reliq̄rit. q̄ q̄dā pagan⁹ p̄nceps cū audiſ
ſet p̄dicari a q̄dā ep̄o hec v̄ba. Ois q̄ reliq̄rit pa
trē ꝛc̄. ꝓpt̄ me: cētuplū accipiet ꝛ vi. et. poſſ. q̄ſiuit
ep̄m q̄s diceret hec. Ep̄s rn̄dit. Dn̄s nr̄ xp̄s dic̄
hec. Stati pagan⁹ oīa ſua p̄ deo diſtribuit ꝛ ba
ptiſari ſe fec̄ ac poſtea cito deceſſit. Tūc filij illi⁹
pagani ī iudicio ſup ep̄m ꝯuener̄t p̄r̄na bōa po
ſtulan̄. adeo q̄ pr̄ coꝝ nil ſ̄m ꝓmiſſuꝫ accepiſſet
Coact⁹ ep̄s rn̄dit. Ego ꝓbare poſſuꝫ q̄ ſ̄m v̄ita
tē v̄bi dei nr̄i cētuplū accepit et vitā et̄nā. ꝛ coraꝫ
oībꝰ ill̄ ſtās ſup tumulū illi⁹ adiurauit mortuū
illū. q̄ ilico oībꝰ audiētibꝰ rn̄dit. Cētuplū accepi
ꝛ vitā et̄nā poſſideo. Nō credeñ. ſepulchꝝ apue
rūt ꝛ ī māu ei⁹ cartā repperūt: hec eadē v̄ba ſcp̄t̄
ꝯtinentē. Ecce ḡ v̄acit viuit hō ex v̄bi dei ipletōe
etiā ī futuro. V Quarto rōne efficacie v̄tu
tis. qꝛ v̄bū dei oīm. ſ. ſeminū v̄tutē ī ſe hr̄e ꝓbat̄
qđ patꝫ q̄ꝫtū ad. x. v̄tutes q̄ reꝑiunt̄ in ſemibꝰ. et
ſic etiā ī v̄bo dī. Prima vt⁹ dꝛ aſſimilatiua. qꝛ
ſemen ſil̄e ex ſil̄i generat̄. ij. Phiſi. puta ex tritico
triticū. ex ordeo ordeū. ꝛ ſic de alijs. Sic v̄bū dī
facit ſil̄es hoīes ipī deo. Ps̄. Ego dixi dij eſt̄ ꝛ fi
lij excelſi oēs. Un̄. j. q. j. ca. Jntra catholicā. Aug.
di. q̄ ſic̄ p̄us v̄bo ipij dei oīa creata ſūt: ſic eius
v̄bo nūc recreant̄ ī meli⁹. Nā v̄bo regenerat̄ hō
in filiū dei ī baptiſmo. ꝛ ſic v̄buꝫ dei xp̄s fili⁹ dei
aſſil̄at hoīes ſibi faciendo filios dei. Scđa dꝛ
cibatiua. nā ſemīa hn̄t cibare et nutrire hoīes et
aīalia. vt patet de tritico: ordeo. ꝛ alijs hmōi. ſic
v̄bū dei cibꝰ ē aīe. Mat. iiij. Nō in ſolo pāe viuit
hō ſꝫ ī oī v̄bo qđ ꝓcedit đ ore dei. vn̄ Greg. dt q̄
ſic̄ ſignū mort̄ eſt qn̄ q̄s cibū nō accipit vel reij
cit ꝛ n̄ retinet. ita eterne mort̄ p̄iculū formidare
debet q̄ acceptū ſ̄monē dei ī vētre memorie n̄ reti
net. Tercia dꝛ vt⁹ curatiua. nā mlt̄a ſeīa hn̄t
v̄tutē ſanatiuā: ideoq̄ꝫ ponunt̄ in medicis ꝛ ꝯfe
ctiōibꝰ. vt patꝫ de ſeīe coriādri qđ valet ꝓ capite.
et aniſij ꝓ pectore. papauer̄ ꝓ ſomno iducēdo. ꝛ
ſic de alijs. Sic v̄bū dei hꝫ ſanare aīaꝫ. ps̄. Mi
ſit dn̄s v̄bū ſuū ꝛ ſanauit eos. X Exm̄ legit̄
đ comite q̄dā lubrico q̄ poſtq̄ꝫ diu ī pctīs vixiſſꝫ
accidit vt ſel̄ in eccl̄ia v̄ba dei audiret. ſ. illđ Eze.
xviij. Quacūq̄ꝫ hora ingemuerit hō am. n̄ re. o.
ini. ei⁹. ꝛ cōpūct⁹ pnīaꝫ egit ꝛ religionē intrauit. ꝛ
p⁹ mortē ſup ſepulchꝝ ei⁹ īuētū eſt ſcp̄tū lr̄is au
reis h̄ dictū ps̄. Miſit dn̄s v̄bū ſuū ꝛc̄. Quar
ta dꝛ delectatiua. nā q̄dā ſeīa ſūt q̄ delectāt ſapo
re calefaciēdo ꝛ coꝛ letificādo. vt ptꝫ de ḡno ſyna
pis pipis crocoq̄ꝫ ꝛ boragie ꝛ hmōi. ſic v̄bū dei.
Ps̄. Jgnitū elo. tuū ꝛ ſer. tu⁹ dilex. illđ. Jtē Hie
re. xv. Factū ē mihi v̄bū t. dn̄e ī gau. ꝛ le. coꝛ. mei.
Quīta dꝛ expurgatiua. nā ſt̄ aliq̄ ſeīa q̄ expur
gāt ſtomachū hoīs a ſupfluis nociuis. vtꝫ đ y
agridi ꝛ cathaputie ḡnis ꝛ hmōi in purgatōibꝰ
dādis. ſꝫ dī v̄bo purgat̄ aīa Joh. xv. Jā vos mū
di eſt̄ ꝓpt̄ ſer. quē lo. ſū vo. Sexta dꝛ fructifica
tiua. qꝛ oīa ſeīa hn̄t vim. ſ. ſemialē fruct⁹ plimoſ
faciēdi. ſic v̄bū dei facit fructū mlt̄uꝫ. ſ. gr̄e ī p̄nti
ꝛ tādē gl̄ie Lu. xj. Btī q̄ au. ver. ꝛc̄. Y Sept̄
ma dꝛ generatiua. nā p̄ ſeīa tot⁹ mūđs regenerat̄
ꝛ renouat̄ ꝯtinue. vtꝫ ī t̄renaſcētibꝰ herb̄ floribꝰ ꝛ
fructibꝰ. ſic p̄ v̄bū dei a xp̄o ꝛ aplīs p̄dicatū: to
t⁹ mūd⁹ idolatria ꝛ vicijs mortificat⁹: fuit ī gr̄a
reuiuificat⁹ ꝛ renat⁹. j. Pe. j. Renati p̄ v̄bū dī vi
ui ꝓmanēt̄ īet̄nū. Octaua dꝛ illūinatiua. naꝫ
aliq̄ ſeīa hn̄t v̄tutē illūinādi oculos vt ſemē feni
culi: eufraſie. ꝛ hmōi. ſic v̄bū dei aīe oclo̅s. Ps̄.
Lucerna pedibꝰ meis v̄. t. ꝛ lu. ꝛc̄. Nona dꝛ ca
ſtificatiua. nā aliq̄ ſeīa hn̄t viꝫ refrigeratiuā ꝛ ca
ſtificatiuā ſi comedāt̄. vt ſemē lactuce: petrololij
ruthe ꝛ hmōi. ſic v̄bū dī aīas. Exm̄ de Magda
lena. Decia dꝛ ſaluatiua. nā p̄ ſeīa ꝯſuant̄ iſta
īferiora de āno ī ānū germinātia. ſic p̄ v̄bū dī hō

ſeruaꝶ ad ſalutē eternā. Joh. viij. Si qs ſmonē
meū ſer. nō guſta. moꝛ. ī et. Z Pro finali po
nam⁹ exēplū qḋ legiꝶ ī vitaſpa. li. ij. Abbas pau
lus habuit graꝫ ꝯgſcēdi cogitatōes hoīm ſepi⁹
ꝛ ecce vidit aliqs eccliaꝫ ītrātes claro aīo ꝛ ange
los illoꝝ gaudētes. Unū vidit tāqꝫ ethiopē ha/
bētē frenū miſſum a demōibꝫ ī naribꝫ ſuis qui
hīcinde trahebaꝶ. ꝛ angel⁹ ei⁹ triſtꝭ a lōge ſeqbaꝶ
abbas cepit flere. Tādē vidit illū ḋ eccliā egredi
entē claꝝ angelūqꝫ gaudētē ꝛ ḋmōes lōge ſtātes
Interrogauit illū corā oībꝫ ꝛ ille ꝯfeſſus ē ꝙ fu/
it magn⁹ fornicari⁹ ſꝫ ī pdicatōe nūc ꝯpūctus ē
ꝛ ſic mūdatus. oēſqꝫ audientes deū laudauerꝶ.
Rogemus ergo xp̄m ꝛc̄.

Dn̄ica eadē Sermo. ij. ſ. de v̄bi dei ipedimen
to ꝛ dignitatis p̄uilegio ꝛ pfectu

# Et aūt hec para

bola. Semē eſt v̄bū dei. Lu. viij. ꝛ in
euāge. hodier. A Sic dic̄ Boe. de
ꝯſo. li. iij. pſa. ix. Oē aīal tueri ſalutē. i. ſanitatē et
vitā laboꝛat. moꝛtē v̄o pniciēqꝫ deuitat. Cū aūt
hō ſit aīal digniſſimū vtpote itellectu ꝛ rōne vi
gēs. ꝛ. polit. idcirco p̄ oībꝫ dꝫ laboꝛare vt ſanita/
tē vitāqꝫ ꝯſuet: moꝛtēqꝫ deuitet. Sꝫ qꝛ ſic aīa
mlto p̄cioſioꝛ ꝛ melioꝛ eſt oī coꝛpe vt dic̄ Aug⁹
li. lxxxiij. q. ita ſanitas aīe ꝛ vita melioꝛ ē ꝛ p̄eligē
da. ac moꝛs aīe p pctm̄ ſup oēꝫ moꝛtē coꝛpalem
pl⁹ fugiēda. Proptea hō dꝫ diligētiſſime audi/
re ꝛ ſuare v̄ba dei. qꝛ ī v̄bo dei viuit aīa vt teſta
tur ſaluatoꝛ Math. iiij. di. Nō ī ſolo pane viuit
hō ſꝫ ī oī v̄bo qḋ pce. ḋ oꝛe dei. Proīde xp̄s dn̄s
ī h̄ euāg. ſemē ſatū q̄ viuit hō coꝛpalꝫ aſſilauit v̄
bo dei q̄ viuit hō ſpūalꝫ di. Eſt hec pabola. Se
men eſt v̄bū dei vt pꝫ in euāgelio. Itaqꝫ iuxta
h̄ ſacꝝ euāgeliū de verbo dei tria myſteria nota
bim⁹ declarāda in hoc ſermone

Primū myſteriū dicitur impeditionis
Secundū dicitur dignificatōnis
Terciū dicitur irrigationis

Circa p̄mū de ipedimētꝭ v̄bi dei inqrēdū ē q̄ im
pediāt v̄ba dei ī hoīe ne poſſint fructificare. ſ. ad
ſalutē aīe. Hec qppe ipedimēta bonū ē ſcire vt
diſcam⁹ cauere. Nā ꝛ xp̄s dn̄s ī h̄ euāg. docꝫ pa
bolice ī qlibꝫ hoībꝫ nō fructificat v̄bū dei ꝛ in q̄/
libꝫ fructū facit. Notādū ḡ ē ꝙ exq̄ xp̄s v̄bū dei
aſſilauit ſemi ſato ī t̄rā idcirco eiſdē modis ſpū
alibꝫ ipediꝶ v̄bū dei ne fructificet ī t̄ra hūani coꝛ
dis qbꝫ pōt maīalꝫ ipediri ſemē ne fructificet ī
terra. Hoc aūt fieri vel ꝯtingere pōt p̄cipue mo
dis quatuoꝛ accipiendo

Primo ex parte terre ſterilis
Scḋo ex parte tēpoꝛis
Tercio ex parte ſeminis
Quarto ex parte defectus irrigatōis

Prīo ex pte t̄re. qꝛ qn̄ t̄ra ſterilꝭ ē ꝛ mala in ea ia
ctū ſemē nō bn̄ fructificat. Sic ꝛ ſpūalꝫ coꝛ hoīſ
terreni ſi fuerit p̄uū nō fructificat ī eo v̄bū dei.
Proīde ſaluatoꝛ dic̄ ī euāg. ꝙ tria genera hoīm
audiēdo v̄bū dei nō fructificant ex p̄uitate ſua.
Prīo qdā audiūt ſꝫ nō retinēt. qꝛ diabol⁹ tollit
vt nūqꝫ recoꝛdeꝶ veluti qn̄ ſemē cadit ſec⁹ viā et
aues tollūt nec fructificāt. Scḋo qdā audiūt et
cū gaudio ſuſcipiūt ac ꝯpūgunꝶ ad v̄bū dei ſed
p oſtea tēptati nō pficiūt qḋ ꝯceperūt licꝫ recoꝛ/
denꝶ v̄bi. Tercio qdā audiūt v̄bū dei libēꝶ: ſed
mūdi ſollicitudo. ſ. diuitiaꝝ ꝛ voluptatū adeo
ipos ſuffocat ꝙ ſciēter ex malicia nolūt facere q̄
audiūt. ſ. ꝯfeſſiōeꝫ ꝛ opa bōa ad ſalutē neċaria ſꝫ
poti⁹ currūt ad q̄ſtū diuitiaꝝ ꝛ hmōi. Sꝫ q̄rto
dic̄ xp̄s ꝙ q̄ bono coꝛde ꝛ optīo ſuſcipiūt fructi/
ficāt. B Queriꝶ ḡ h̄ qlibꝫ ſignis ꝯgſcitur terra
bona p ſemie vicꝫ fructificādo ꝛ ſuo mō coꝛ bo
nū p dei v̄bo fructū ī eo faciēdo. Ad h̄ fꝫ Uirgi.
ī Geoꝛ. ꝛ Palludiū ḋ agricultura rnr ꝙ p tria ſig̃
ꝯgſcitur t̄ra ēē bona p ſeminādo Prīo p coloꝛē qꝛ
nigredo t̄re pinguedī atteſtaꝶ. p h̄ ſpūalꝫ hūili/
tas ſignificaꝶ. qꝛ vt Gre. dic̄. Tāto qſqꝫ corā deo
eſt melioꝛ ꝛ acceptioꝛ q̄nto ī ocul' ꝓꝑijs fuerit hu
milioꝛ ꝛ deſpectioꝛ. ꝛ p ꝯn̄s ī v̄bo pl⁹ fructificat.
Scḋo bona ꝛ fertil' t̄ra agſcitur p ſapoꝛē. nā gleba
terre pfuſa aq̄ ſi tāgaꝶ ligua ꝛ erit ſapoꝛis amari
vl' ſalſi. tal' terra mala ē. Si aūt ē ſapoꝛꝭ dulcis
bona ē. Spūalꝫ amaritudo coꝛdis vl' aīe ē ira:
ſalſedo iuidia ꝛ odiū. dulcedo aūt ē caritaꝭ dile
ctio ꝛ pax vt Aug. dic̄. Un̄ hō irā tenēs vl' iuidiā
aut odiū t̄ra ꝛ̄pꝛoba ē ꝛ nō fructificat ad ſalutē
Ber. Sic ī pace fact⁹ ē loc⁹ dei ita ī ira ꝛ diſcoꝛ/
dia nō niſi loc⁹ dyaboli. Sꝫ hō exn̄s ī caritate dī
ꝛ pxī mltū fructū affert ī v̄bo dei qꝛ plēitudo le/
gis eſt dilectio. Ro. xiij. ꝛ. j. Joh. iiij. De⁹ caritas
eſt ꝛ q̄ manꝫ ī cari. ꝛc̄. Tercio bona t̄ra agſcitur p
foſſionē ꝛ repletōeꝫ. nā t̄ra fodiꝶ ꝛ extra foueā p/
ijciꝶ ꝛ poſtea dic alto ī eandē foueā reponiꝶ. q̄ ſi
defecerit ita ꝙ ſuā foueā nō replet. tal' t̄ra mala
eſt ꝛ nō fertil'. ſi aūt fuerit eq̄ta bona ē mediocriꝶ
ſꝫ ſi ſupabūdauerit tal' terra optīa ē. Spūalꝫ il
li hoīes ḋficiūt q̄ mlta pctā ꝯmittūt ꝛ pauca vl'
nulla bōa faciūt. ꝛ tales ſūt reprobi qꝛ p pn̄iam
nō replēt vacuitatē vite male. Un̄ tali hoī ī hoꝛa
moꝛtꝭ dicet angel⁹ vl' de⁹ illḋ qḋ ſcptū ē Dan̄. v.
ḋ Balthaſar rege. Mane. h̄ ē nūerauit de⁹ reg/
nū tuū. i. vite tp̄s. Thetel. appēſus es ī ſtatera ꝛ
inuēt⁹ es min⁹ hn̄s. ſ. ḋ bono ope. Phares. diui
ſū ē regnū tuū ꝛ datū ē medis ꝛ pſiſ. h̄ ē aīa a coꝛ
pe diuiſa ē. ꝛ data ē aīa demōibꝫ ꝛ coꝛp⁹ v̄mibꝫ.
tpalia āt mūdanis hoībꝫ. Heu q̄lis diuiſio. Itē
illi hoīes eq̄ti ſūt q̄ q̄nta mala feceꝶ tāta poſtea
faciūt bona opa pn̄ie. ꝛ tales ſūt boni mediocreſ
Sꝫ q̄ ſupabūdāt ī opibꝫ pfectōis illi optimi ſūt
ad fructificādū ī p̄mijs celeſtibꝫ. Mat. v. Eſto/
te pfecti ſic̄ ꝛ pꝛ ꝛc̄. O ḡ pctōꝛ noli iacere ī pctō ne
ſis reprobꝫ ſꝫ age pn̄iaꝫ. audi Hiere. xxij. clamā
tē. Terra t̄ra t̄ra audi v̄bū dn̄i. ſ. vt pn̄iaꝫ agas
Terra inqꝫ qꝛ ḋ t̄ra es. terra qꝛ t̄rena ſapis. t̄ra

Signa bona terre

qꝛ moriẽdo ĩ tẽrã ibis. ⁊ niſi penitueris ĩ tẽra iferni
ꝑpetuo ardebis. C Scđo ſemẽ accidit nõ fru
ctificare ex pte tpis. nã ſi qs ſeminãdi tpe ñ ſeiat
tũc ſemẽ parũ aut nil fructificat. puta ſi qs ſeia/
ret ĩ media hieme vl' ĩ eſtate qñ deberet mete. Itẽ
Pe. d̃ creſcẽtijs li. ij. dĩt ꝙ oĩs ſeiatio dꝫ fieri ĩ pria
etate lũe circa. ſ. plenilunĩũ ⁊ nõ pꝰ qñ icipit defi
cere lũa. Tũc ei ſemiatio bñ hꝫ maiꝰ adiutoriũ e
celo ex lũine ſol' ⁊ lũe ſil'. Spũalr̃ dꝫ hõ ſeiare h
nõ in futo. Ber. Quõ ſõnias tibi ꝓuẽturã merẽ
di facultatẽ. vtiqꝫ tps hiemis nõ ẽ aptũ ad ſeian
dũ. Itẽ hõ dꝫ ſeiare. i. opari ſcḋm vbũ dei tpe ſani
tatis añ defectũ ĩfirmitatis qñ hꝫ maiꝰ adiutoriũ e
celo. i. grẽ dei auxiliũ añ meritũ acqrẽdũ. et ñ dꝫ
differre ad tps ĩfirmitatis vl' mortis qñ iã deberet
metere. vñ Gal'. vj. Bonũ facieñ nõ deficiãꝰ: tpe
eĩ ſuo meteꝰ. Jõ Eccs. xj. Mane ſeia ſemẽ tuũ. i.
tpe pmo fac bõa opa. Qui g̃ differt ad tps extre
mũ raro aliqd ꝓuũ fructificat D Tercio ſe/
mẽ qñqꝫ ex pte ſuipſiꝰ ↄtigit nõ fructificare pci/
pue dupl'r. Prio ꝓpẽ nimiã vetuſtatẽ. vñ Palu
diꝰ li. d̃ agricultura dĩt. ꝙ ſeia iactãda ñ ſint vetu
ſtiora qꝫ viiꝰ ãni. vl' ſcḋm Pliniũ ĩ ſpecl'o nal'i.
ſemẽ dꝛ valere ad ſeminãdũ ad maximũ triũ an
noꝝ ⁊ ñ vltra. ſeia ei vltra vetuſta nimis exicca/
ta ⁊ vtute ſubali deſtituta ſr̃. ⁊ ſic nõ valẽt fructi
ficare. Itẽ ſcđo ſemẽ bonũ ſi rigat' pĩguedĩe aĩali
um ñ valet fructificare ⁊c̃. Sꝫ qd ꝑ iſta deſignet'
ſpũal'r Nota ꝙ vetuſtas ſcat iueteratã ↄſuetu/
dinẽ ĩ faciẽdo pctõ et ñ corrigẽdo vitã ad vbũ dĩ
Uñ hõ pꝰ ãnos tres etatis ſue. pma. ſ. pueritia. ſe
cũda adoleſcẽtia. ⁊ tcia iuuẽtꝰ. poſt vl' vltra hos
ãnos. ſ. ĩ ſenio. ſi ꝑ totũ male vixit: ex iueterata cõ/
ſuetudĩe ꝑua vix fructificat ad ſalutẽ ĩ ſenio. qm̃
vt Gre. dĩt. Difficile ſurgit quẽ moles male ↄſue
tudinis pmit. Nã ↄſuetudo ẽ altra nar̃a vt phs
ait li. d̃ memoria. vñ etiã ſi tal' qñqꝫ peniteat ite/
rũ relabit' ĩ vicia ↄſueta. ⁊ ſic nõ bñ fructificat in
vbo dĩ. Deniqꝫ ſpũal'r pĩguedĩe aĩaliũ ſemẽ vbi
dei qs rigit vl' macl'at qñ audito vbo diuĩe mĩe
pſumit peccare in vitijs carnalibꝫ q ſr̃ brutalia
vicꝫ luxurie gule ⁊c̃. ſpans ex mag̃ mĩa veniã. ta
les ñ fructificãt ĩ vbo ſꝫ potiꝰ maledictõeꝫ icur/
rũt. qꝛ vt Aug. ⁊ Ber. dicũt. maledictꝰ oĩs q pec/
cat ĩ ſpe venie. Nã adã ſic peccãdo maledictꝰ fuit
a deo Geñ. iij. O g̃ pctõꝛ time peccare qꝛ dĩ mĩa
licꝫ maria: ñ tñ mioꝛ ẽ eiꝰ etiã iuſticia q puĩt pctã
vt dĩt Chryſ. Quarto ſemẽ ↄtigit ñ fructificare
ex dfectu irrigatõis. ſ. pluuie vl' aq̃ aut roris. ſic
vbũ dĩ auditũ a pctõre ſi ñ irrigat' aq̃ ve ↄtritio
nis ⁊ grẽ ñ fructificat. qꝛ ſine va pnĩa ñ ẽ ſalus.
Exm̃ narrat ſctũs Uincẽ. de qdã iuuene ſcelera
to q ñ curabat ↄpũgi ad vbũ dĩ. vñ ĩ ſõnijs tra
ctꝰ fuit ad xpĩ iudiciũ ⁊ ſubito factꝰ ẽ canꝰ ex tĩo/
re. ⁊ ſic penituit. Ecce cariſſimi ex pdictis patꝫ ꝙ q
tuoꝛ ſũt ipedimẽta vbi dĩ. Primũ malicia hoĩs
peccãtis. Scđm dilatio pnĩe. Terciũ ꝑua ↄſuetu
do carnal' vite. Quartũ negligẽtia vl' defectꝰ cõ
tritiõis ĩ audiẽdo pdicatõeꝫ. O g̃ pctõꝛ ↄpũgere
de pctis vt fructũ facias ſalutis. E

Circa ſcđm d̃ vbi dĩ dignitate. In h qppe no
tat' ĩ euã. vbi dĩ dignitas maxia ꝙ ꝑ ipſo ſeminã
do ⁊ annũciãdo filiꝰ dĩ ꝑ ſeipm vẽit ĩ mõm. iõ dꝛ
Exijt q ſeiat. i. xps. ſemiare ⁊c̃. Ut ãt magis clare
ſcat dignitas ⁊ pcioſitas vbi dei Queri'. vñ ꝓ
bat' dĩ vbũ int' oĩa dĩ dona collata mõo fore di/
gniſſimũ ⁊ pcioſiſſimũ. ⁊ ꝑ ↄñs libent' audire ip
ſũ eſſe grẽ marie ſignũ ⁊ donũ ſalubrimũ. Ad h
rñdet' ꝙ optĩe ꝓbat' ex. ix. eiꝰ pcipuis priuilegijs
qbꝫ ſcḋm doc. oñdit' vbi dĩ excellẽtia ⁊ dignitas ſũ
ma q puilegia accipiũt' ꝑ lr̃as hmõi. ſ. dicti ver/bum dei

Primũ ab v. dꝛ vitatis viuifice.
Scđm ab e. dꝛ emanationis eterne.
Terciũ ab r. dꝛ refectõis aĩe.
Quartũ a b. dꝛ btitudĩs celice.
Quintũ ab u. dꝛ vtilitatis neceſſarie
Sextũ ab m. dꝛ mẽtalis mũdicie.
Septimũ a d. dꝛ delectatõis dulcifl ue.
Octauũ ab e. dꝛ eqꝑationis eucharistie.
Nonũ ab i. dꝛ inſignitiõis electiue.

Primũ puilegiũ vbi dĩ dꝛ vitatis viuifice. qꝛ ipꝫ
vbũ dĩ ẽ vitas pma ⁊ diuia vita ĩ ſe ↄſubalit' exi
ſtẽs idẽ pri h ẽ dĩ ſapia ⁊ filiꝰ dĩ xps ihs ꝑ qd ver
bũ facta ſr̃ ⁊ viuificata oĩa creata Joh. j. In prĩ/
cipio erat vbũ ⁊ v. e. a. d. ⁊ d. e. v. Oĩa ꝑ ip. fa. ſ. ⁊
ſi. ip. f. ẽ nihil. i. pctm̃. vt expõit Aug. Itẽ. j. q. j. In
tra catholicã. Aug. dĩt. ꝙ oĩm reꝝ creatio ſic fuit
ꝑ vbũ. dixit ei deꝰ ⁊ facta ſr̃. ita oĩm hoĩm recrea
tio vl' viuificatio ꝑ ſacra fit ꝑ vba dĩ. Itẽ pꝰ mor
tẽ reuiuificant' oẽs hoĩes ĩ reſurrectõe ꝑ vba xpĩ
dĩ ipantis ⁊ dicẽtis. Surgite mortui vẽite ad iudi
ciũ. ſcḋm qd Hiero. dĩt ſup Mat. Jdõqꝫ marie di
gnitatis ⁊ ptãtis ẽ vbũ dĩ ⁊ eiꝰ veritas viuificãs tã
corpa qꝫ aĩas ĩ pñti vita pctõ mortuas. O g̃ pec
catoꝛ pẽſa qꝫ maria ẽ ĩgtitudo ⁊ digne dãnabil' ĩ
te eo ꝙ ↄtẽnis audire vbũ dei. ꝑ qd factꝰ es ĩ aĩa
⁊ corpe. ⁊ niſi feciſſꝫ ñ eſſes. Itẽ ꝑ ipm viuificaris
nũc ĩ ſacris ⁊ tãdẽ viuificaberis ĩ reſurrectõe ac ꝑ
petuo ↄſeruaberis. ſꝫ ve tibi ſi nõ penitueris ĩ pñti
qꝛ etnõ igne cruciaberis. F Scđm puilegiũ
dꝛ emanatõis etne. Nimirꝝ vñ ortũ ẽ vbũ dĩ ni/
ſi vtiqꝫ a pma vitate. nã a deo prẽ gẽitꝰ ẽ filiꝰ dĩ q
dꝛ vbũ dei verꝝ. ⁊ inde exiuit ſeiare pmo ad crea
turas angelicas ĩ celo faciẽdas. in qbꝫ ↄcreauit
deꝰ ſpẽs oĩm reꝝ vitatẽ repñtãtes. ſ. ĩ mẽte ange
lica. vt dĩt Aug. ſup Geñ. ad lr̃am. ⁊ hec dꝛ ſapia
creata pmo oĩm. ſ. dignitate. Eccĩ. j. Oĩm pmo
creata ẽ ſapia. qd ſcḋm Hugo. d̃ ſacris li. j. ꝑ. v. c.
ij. itelligit' d̃ angelica nar̃a q ĩ ſcptura dꝛ lux ⁊ ſa
piẽtia dei. Nã illa ſapia icreata q ẽ deꝰ ñ dꝛ crea
ta. g̃ de angelica ſapia h accipiẽdũ eſt q ẽ creata
añ oĩa dignitate ſaltẽ ſꝫ ñ tpe qꝛ ſil' tpe creatũ eſt
celũ empireũ cũ ãgel' repletũ. tps ⁊ maria qtu/
oꝛ elemẽtoꝝ ſcḋm mgr̃m ĩ. ij. li. dĩ. ij. ⁊ doc. Scđo
vbũ dei. ſ. filiꝰ exiuit ad faciẽdũ pmos ꝑentes et
inſpirãdo eis ĩ ꝑadiſo vba dei ad ſalutẽ neceſſa

ria.tādē ad p̄triarchas ⁊ ad Moy.legē dādo ver
bi dei.deinde ad ꝓphas.et nouissime ad apl'os
dādo legē euāgelicā.⁊ vsq̄ mō ac i finē secl'i.put
Aug.li.de mg̃ro dic̄.Christ⁹ cathedrā tenet i cel'
⁊ oēm ꝟitatē ispargit i terr.Ecce ḡ maria digni-
tas ꝟbi dei qḋ ab ip̄o deo emanauit ⁊ in mōdo se
minatū ē.ideoq̄ ifallibil' ꝟitat est.q̄ de⁹ falli n̄
pōt nec fallere.ꝓpt̄ qḋ Math.xxiiij.xp̄s dic̄.Ce-
lū ⁊ t̄ra trāsi.ꝟba āt mea n̄ p̄.Et Gal'.j.apl's dr̄.
ꝙ etiā si angel⁹ de celo aliḋ euāgelisēt nō ē credē-
dū ꝯ ꝟitatē ꝟbi dei.O ḡ hō p̄sā si vna gēma de
celo descēderet q̄ stetisset ab et̄no apḋ deuꝫ nōne
diligēt' suscipes.sic ⁊ ꝟbū dei qḋ ab et̄no fit i deo

Terciū p̄uilegiū dr̄ refectōis aīe.q̄ vt scribit̄
Deut̄.viij.⁊ Math.iiij.nō in solo pane viuit hō
ſ; in oī ꝟbo ⁊c̄.Hinc Gre.ome.viij.dr̄.Cibꝰ mē
tis est ꝟbū di.sed q̄sq̄s alimēta n̄ retinet hui⁹ ꝑfe-
cto vita despat̄.eterne ḡ mort piculū formidare
si cibū scte exhortatōis n̄ accipit:si ꝟba vite.i.ali
mēta iusticie in memoria non tenetis. Hec ille.

Quartū btitudis celice.q̄ i celo oēs bti i ꝟbo
sapīe dei q̄ clare deū ꝯg̃scūt ⁊ vidēt letant̄ ⁊ btifi
cant̄ ꝑpetuo.Joh.xvij.Hec ē vita et̄na vt ꝯgno.
te deū ⁊c̄.Itē ipse de⁹ ab et̄no añ oēm creaturā i
q̄ habuit leticiā felicitat et̄ne:nisi i ꝟbo sue sapi-
entie.vt p̄ꝫ p doc.sup.j.q̄ p̄r i filio et ecōuerso fi
li⁹ i p̄re p amoris dulcedinē q̄ est sp̄ūsctūs et̄na
lit̄ ꝯsolat̄ vt sic sit ꝑfecta ꝯsolatio q̄ n̄ est i solita-
rio.vt docꝫ Rich.de tri.li.iij.ca.ij.q̄ amor ad se
ip̄m nō est iocūdus.Proinde q̄ libēter audiunt
ꝟbū dei bti dicunt̄ a xp̄o i spe.s.future btitudis
ꝯseq̄nde Lu.xj.Bti q̄ au.ꝟbū di ⁊c̄. Quītū dr̄
vtilitat necessarie.vñ Inno.extra ꝺ offi.iudi.or
di.c.Int̄ cetera inq̄t q̄ ad salutē spectāt ppl'i xp̄i-
ani pabulū ꝟbi di esse p̄marie noscit̄ necessariū
q̄ sicut corp⁹ mat̄iali sic aīa sp̄ūali cibo nutrit̄.
alioq̄n hō fame moreret̄. Sextū dr̄ mentalis
mūdicie q̄ ꝟbū dei habet mundare mētē hoīs
a pcti veneno ⁊ p̄seruare a futuro veneno pcti ⁊
p̄tāte diaboli.Vñ xp̄s ait Joh.xiiij.Jā vos mūdi
est ꝓpt̄ ser.quē lo.sū vob. S Etiā pōit sctūs
Vincē.i ser.ꝙ q̄dā serpēs est vt dicūt nat̄ales(in-
q̄t)ita venenosus ꝙ si mordet i radice alicui⁹ ar
boris:oēs fruct⁹ illi⁹ arboris erūt venenati.iō ex
illa ꝯmedere sine tyriaca eēt piculū. Radix oīm
ciboꝝ nr̄oꝝ ⁊ opeꝝ hui⁹ miserie fuit cibꝰ adeq̄uē
serpēs diabol⁹ itoxicauit veneno pcti.iō nūc īfe
cti sunt ⁊ piculosi oēs cibi et act⁹ nr̄i piculo pcti.
Proinde sumere debem⁹ tyriacā ꝟbi dei añ ci-
bū corpalē dicēdo P̄r nr̄ Aue maria.vl' saltē no
mē iesus.⁊ in actibꝰ nr̄is sil'r mane ⁊ vespe cruce
signādo.Nā q̄dā dū biberet i villa itrauit in euꝫ
diabol⁹.⁊ sil'r in puellā q̄ndā intrauerūt tres de
mones ⁊ dixerūt ꝙ itrauerint duꝫ biberet.q̄ nō
signuit se ꝟbo dei vl' cruce.hec Vincēti⁹ Septi
mū dr̄ delectatiōis dulcifluē.nā verbū dei miro
mō illūinādo aīaꝫ delectat ⁊ dulcificat.sic testat̄
Ps.di.q̄ dulcia faucibꝰ meis elo.tua do.super
mel ori meo.Vñ q̄ñ fit sermo mēsa reg et̄ni oī
dulcedine plena ꝓponit̄.Stult⁹ est ḡ q̄ non vult
adesse. Octauū dr̄ eq̄patiōis eucharistie qḋ p
bat̄ p Aug.j.q.j.ca.Interogo inq̄t vos frēs vl' so
rores:dicite mihi q̄d pl⁹ videt̄ vob corp⁹ xp̄i an
ꝟbū xp̄i.Si vult vere r̄ndere h̄ dicere debet ꝙ
nō sit min⁹ verbū dei q̄ xp̄i corp⁹.Sup h̄ doct.
dicūt ꝙ corp⁹ xp̄i pl⁹ est dignitate.sed verbū dei
plus est emēdatiōis vtilitate.q̄ p'les fac̄ cōpun
gi:ita vt p illḋ oīa pctā tollant̄ etiā mortalia.sed
p corp⁹ xp̄i venialia tm̄ tollunt̄.Et de h̄ lati⁹ di-
cem⁹ ꝟmōe subseq̄nti M. Nonū dr̄ isigniōis
electiue.q̄ vt Bonauē.i ser.dn̄ice de passiōe alle
gādo Aug.di.Nullū mai⁹ ē signū electōis vl' p̄-
destinatōis diuie q̄ libent̄ audire ꝟbū dei.Et p
ꝯtrariū euidētissimū signū dānatiōis ē si q̄s ꝯtēnit
ꝟbū dei.Vñ xp̄s di.Joh.viij.Qui ex deo ē ꝟba
dei audit.ꝓpt̄ea vos n̄ au.q̄ ex deo n̄ estis. Ad
id exēplū ponit̄.Cū tu vides aliq̄s scolares vel
discipulos freq̄ntare alicui⁹ mg̃ri scolā vl' lectio
nē:p h̄ ꝯg̃scis ꝙ illi sūt tal' mg̃ri discipuli vl' scola-
res.Sic cū vides aliq̄s hoīes visitare scolaꝫ dei
id ē eccl'iaꝫ ⁊ ibi audire di ꝟba tāq̄ lectiōeꝫ salu-
tis:ag̃scis ꝙ tal' est elect⁹ dei.q̄ aūt ꝯtēnūt ꝟba di
⁊ freq̄ntāt foꝝ vl' tabnas:signū est ꝙ sūt electi di
aboli ad ifernū.O ḡ pctōr ama ꝟbū di p qḋ sal
uari poteris. D Circa terciū de irrigatiōe se
minis ꝟbi di vt pl⁹ fructificet.q̄ vt xp̄s dn̄s ait
in euāgelio:q̄ddā semē natuꝫ aruit.q̄ nō habe-
bat inq̄t hūorē Idcirco inq̄rendū nob est q̄lit̄ de
beam⁹ irrigare ꝟbū dei ne i nob arescat.sed am
pli⁹ valeat fructū nr̄e salutis facere. Ad qḋ re-
colligēdo ex sc̄ptura Aq̄ m'tiplex distinguit̄ et p
deuotiōe ꝓponēdū nob in exēplū xp̄m dei patris
ꝟbuꝫ.q̄ vt Aug⁹.de doctrīa xp̄iana dr̄.Oīs xp̄i
actio est nr̄a instructio.Cōtēplemur xp̄m cruci-
fixū q̄ m'tiplici aq̄ irrigauit ⁊ p̄fudit semīnādo
sue p̄dicatōis ꝟba q̄si sēīa p̄ciosissima i sua hūa
nitate t̄rena hūectādo ad ꝑfectū nr̄m.q̄tin⁹ exē-
plo suo inuitemur ⁊ doceamur ⁊ nos ꝯsimilibꝰ
aq̄s ꝟba dei i nob irrigare vt fructificem⁹.Naꝫ
⁊ semia sata in t̄ra frequēti⁹ p̄fundunt̄ aq̄s roris
⁊ pluuie.vel saltē de puteo vl' fonte ⁊ flumibꝰ et
sic fructificāt.sic fecit xp̄s dn̄s in seipso.⁊ sic debe
mus facere ⁊ nos. Prima itaq̄ aq̄ est gr̄e q̄ ē
fons aq̄ salientis in vitā et̄nā Joh.iiij.dr̄ xp̄s.Hec
est tanq̄ aq̄ roris ꝺsup e celo descēdēs ⁊c̄. Se
cūda aq̄ est intellect⁹ sapie Ecci.xv.Aq̄ sapie sa-
lutaris potabit illū.Istis aq̄s xp̄s dei verbū fuit
tot⁹ plen⁹ ⁊ i hūanitate p̄fusus ab instāti sue cō-
ceptiōis in vtero ꝟgīs.⁊ etiā sui ꝟbi p̄dicatores
apl'os istis aq̄s p̄fudit cū sp̄m sctm̄ tanq̄ rorē ⁊
pluuiā ꝺ celo i illos effudit.⁊ sic maximū fructū
p mōm fecit ip̄m ꝟbū dei.Vñ sicut bon⁹ agrico
la de celo expectat rorē ⁊ pluuiā ⁊ i hac spe semi-
nat.ita ⁊ nos etiā debem⁹ sp̄are ⁊ a deo pet̄e cuꝫ
vadim⁹ ad p̄dicationē vt irriget nos istis aq̄s ne
in verbo dei sine fructu sim⁹.q̄ vt Gre.dr̄. Nisi

inc⁹ ſit ſpūſſctūs q̄ doceat in vanū lingua docto
ris laborat ⁊c̄. Hinc eſt ꝙ in p̄dicatiōe bis ſolēt
p̄dicatores cū pplo orōnes facere. ſ. i p̄ncipio ſer
monis ad mrē3 grē Mariā recurren̄. vt habeāt
gr̄iā q̄ intelligāt ⁊ ꝯuertant̄ i v̄bo dei. ⁊ i fine ſer/
monis etiā orāt deuote. ſ. vt itellecta ipleāt. Ter
cia aq̄ eſt pnial' lachryme. de q̄ Pſ̄. Exit⁹ aqrū
dedux. ocu. mei q2 n̄ cuſt. le. tu. Hac aq̄ xp̄s cre/
bro ſe ꝓfudit flēdo ꝓ pctis nr̄is tā in īfātia q̄3 in
vita tota in q̄ vt d̄t Chryſ. nunq̄3 riſit ſed ſepi⁹ fle
uit. q̄3 etiā i morte. q2 cū clamore valido ⁊ lachry
mis ſpm̄ tradidit Heb. v. Quare hec niſi vt au/
dito v̄bo ei⁹ ac exēplo d̄fleam⁹ pctā ⁊ ꝯfiteamur
vn̄ poſt ſermonē fit generalis cōfeſſio. Quar/
ta aq̄ eſt ſatiſfactiōis debite q̄ d̄r aq̄ expiationis
in figura Nūe. xix. ⁊ ꝯſiſtit i trib3. ſ. orōne. elemo/
ſyna. ⁊ ieiunio vl' carnis caſtigatiōe ſm̄ doc. i. iiij
Hac aq̄ xp̄s dei v̄bū ꝑfuſus ē qn̄ orauit tā for/
tit' vt ſanguinē ſudaret. q̄ etiā ieiunādo in cruce
felle cibat⁹ ē. Itē ꝓ pctis nr̄is toto corꝑe caſtiga/
tus eſt ⁊ ſanguine ꝑfuſus in flagellatiōe. deniq̄3
magnā elemoſynā fecit. q2 animā p̄cioſiſſimā ꝓ
nob expoſuit. ⁊ tu ḡ hō pctōr ſtude hmōi aq̄s te
irrigare. vn̄ Lu. iij. Ut fugiatis a vētura ira fa/
cite dignos fruct⁹ pnīe. J Exm̄ narrat' i ſer.
Meffret ꝙ dū ſctūs Bern̄. p̄dicaret duo ribal/
di pctis pleni erāt q̄2 vn⁹ videns pplm̄ ꝯfluere
ad ſmonē dixit. Et ego ibo ad p̄dicatōe3. ad quē
alt' ait. Quō te diabolus ducit ad p̄dicatiōe3 cū
nunq̄3 feciſti aliq̄d boni. Ille nihilomin⁹ iuit. vi
dit aūt ſctūs Bern̄. illū magnā catenā hn̄tē i col
lo q̄ſi ꝑ illā putaret' abſtrahi a ſermone ꝑ demo
nes. Cepit ḡ ſctūs Bern̄. feruēti⁹ p̄dicare ꝯ vicia
vt. ſ. moueret ad pnia3 exēplo paſſiōiſ xp̄i. Quid
plā. Ille pctōr cepit cōpungi ⁊ flere. ⁊ videbat' ꝙ
ad ei⁹ lachrymaꝝ irrigua vna corunca de cate/
nis ſoluebat' ⁊ ſic ad quālibet lachrymā corūca
cadebat donec totalit' catena ſoluta fuit. Tādē
poſt ſermonē ſctūs Bern̄. vocauit eū ⁊ ei⁹ horta
tiōe ꝯfeſſus ē oīa pctā ⁊ ſctē vixit de cetō. Qui/
ta aq̄ eſt amoris ⁊ cōpaſſiōis deuote. ſ. ſuper xp̄i
paſſiōe. qō facere in p̄dicatōe ē magne grē ⁊ fru/
ctuoſitat̄. Un̄ pſ̄. d̄r. Emittet. ſ. de⁹ v̄bū ſuū ⁊ li
q̄faciet ea. i. corda. flabit ſpūs ei⁹ ⁊ fluent aque. ſ.
amoroſe ꝯpūctōis ⁊ grē fructificāt̄. Iſta aq̄ xp̄s
dei p̄ris verbū voluit ꝑfūdi vt nob oñderet de/
uotiōis ⁊ amoris incitamentū qn̄ i cruce caput
īcliauit ad oſculādū nos ⁊ man⁹ extēdit ad am/
plexādū vt dīc̄ Ber. ⁊ tūc i corde vbi ē fōs amo/
ris voluit vulnerari ⁊ ſic ſanguīe ⁊ aq̄ emanāte
ꝑfūdi: q̄tin⁹ ꝑ verbū d̄i ⁊ nos diſcā⁹ tali aq̄ amo
ris ⁊ deuote cōpaſſionis lachrymis ꝑfundi ad
maximū fructū ſalutis faciendu3. O ḡ pctōr. O
xp̄iane homo cogita quō in verbo dei p̄dicato
clamat ad te ſanguis xp̄i crucifixi vt Bern̄. do/
cet. q̄tin⁹ ama xp̄m deū ⁊ age pniam: alioq̄n re/
q̄ret' ſanguis xp̄i ſuꝑ te q̄ effuſus eſt in terra ꝓ te
Rogemus ergo ⁊c̄.

Dn̄ica eadē Sermo. iij. ſ. de audiētia verbi d̄i
et obligatione ⁊ fructib3.

# Clamabat ieſus

Qui habet aures audiēdi audiat Lu
ce. viij. ⁊ in euāg. hodierno. K Ca
riſſimi xp̄s dn̄s p̄dicādo de v̄bo dei clamabat:
vt oñderet magnitudie3 affect⁹ ſui ad h̄ ꝙ hoīes
audirēt v̄bū dei. Clamor em̄ ſignū eſt magni af
fect⁹ q̄ voluit excitare corda hoīm ad attēdēdu3
ea q̄ dicunt' vt dīc̄ Baſili⁹. Et q̄d clamādo dixe/
rit ſubdit euāge. d. Qui habet aures audiēdi au
diat. q. d. O pctōres hoīes ſi cognoſceret̄ q̄3 ſalu
bre ſit audire v̄bū dei libētiſſime illō audiretis.
Sic aūt Aug⁹. ix. ꝯfeſ. ait. Clamauit xp̄s multi
plicit'. ſ. dict̄ ⁊ fact̄. voce ⁊ vita. Clamat ad nos
q̄tidie de cel' in ſcp̄tur̄ vt audiam⁹ v̄ba ei⁹ ⁊ con
uertamur ad eu3. Clamat i pctis dormiētib3 vt
euigilēt. Clamat ignorātib3 vt itelligāt. Clamat
errātib3 vt redeāt. Clamat ꝑiclitātib3 vt caueant
etnā dānationē ⁊ peniteāt. Clamat oīb3 fidelib3
d̄i. Qui h3 aures audiēdi audiat. ſ. v̄bū dei de q̄
ꝑabolā pulcrā ꝓpoſuit. vt pat3 i hodier. euāge.

Itaq̄3 de audiētia v̄bi dei in hoc ſermōe tria
myſteria declarabim⁹ dei grā auxiliante.

Primū de audiētie eius modificatione.
Scōm de freq̄ntie ei⁹ obligatione.
Terciū de efficacie eius fructificatiōe.

Circa p̄mū de mō audiēdi v̄bū dei q̄ſtio vtilis
ꝓponit' vi3 Qualit' debeat q̄ſq̄3 fidelium audi/
re dei verbū. Ad qō ſm̄ doc. reſpondet' ꝙ potiſ
ſime q̄tuor modis debet audiri.

Primo diligēti corde attēdendo.
Scdō memorie bn̄ cōmendādo.
Tercio oꝑe implere ſtudendo.
Quarto deuotiſſime reuerendo.

Primo inquā debet verbū dei audiri diligenti
corde attēdēdo. Un̄ Aug. i q̄dā ſermōe d̄r ſic. Be
nigne audiēdū et deuote ſuſcipiendū ac ſollicite
ꝯſeruādū eſt q̄cq̄d ſpectat ad aīaꝝ ſalutē. ⁊ nō ſic
hoīs mādatū ſed ſic dei v̄bū. Nimiꝝ videm⁹ ꝙ
mūdanoꝝ dn̄oꝝ lr̄as ⁊ mādata ſui famli libē/
ter auſcultāt ⁊ ad iplendū ſinguli p̄currere conā
tur. q̄nto maḡ deberēt oēs hoīes hec facere cir/
ca v̄ba dei q̄ ē rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū Apoc. xix.
Et q̄ poſtq̄3 occiderit h3 p̄tātē etiā aīam ꝑdere in
gehēnā Mat. x. S3 heu q̄s ſic recogitat de v̄bo
dei. O de⁹ magne. o oīpotēs et etne dn̄e ieſu xp̄e
tu ſcis q̄3 mlti hoīes nūc nedū v̄ba tua nō audi
unt ſ3 ⁊ audiētib3 ⁊ p̄dicātib3 īſultāt v̄ba d̄i calū
niādo. C Prio nēpe aliq̄ dicūt. Quis vēit d̄
futō ſeclō vt credā⁹ penas ⁊ gliā3 q̄s p̄dicatores
dicūt. S3 his breuit' rn̄det'. ꝙ vtiq̄3 de futō ſeclō
venerūt q̄ vitatē v̄bi dei teſtati ſūt. Nōne angel⁹ q̄
legē dedit Moy. loq̄ns i ꝑſona dei de futō ſeclō
venerat. Nōne xp̄s dn̄s de celo venit ad p̄dican
dū vi3 gliā3 ⁊ penā futurā. Itē vn̄ vēit ſpūſſctūs
niſi de celo q̄ locut⁹ ē ꝑ apl'os. ⁊ nūc ipe loq̄t' ꝑ p/

dicatores. vt dt xp̄s Mat. x. Nō eñ vos estis q̄ lo. sȝ spi. pa. v. q̄ lo. i vo. Et sic p3. Itē scd̄o alij dicūt Meli⁹ ē n̄ ire ad p̄dicatōes vt nesciā⁹ q̄d sit pctm̄ ⁊ q̄d n̄. q2 sciēter postea illō facere g̃ui⁹ pctm̄ erit. Sȝ o fatui nesciᷣ q̄ tal' igr̄ātia ē affectata q̄ ag/g̃uat poti⁹ q̄3 alleuiat pctm̄. vt patȝ p Isid. ⁊ Augusti. di. xxxvij. §. vlti. ⁊ c. sc. Exm̄. Si hr̄es duos faml'os. vnū q̄ libēter audiret ṽba mandatorū tuoꝝ: licȝ n̄ faceret ope. aliū aūt q̄ nec faceret nec etiā audire ṽba tua vellet sed ɔtēneret. quē hoꝝ g̃ui⁹ ferres ⁊ ṽberares. vtiq3 scd̄m. Sic i ꝓposito Vn̄ vt p̄misi d3 q̄liber fidel' audire ṽba dei dili/gent' ne pcat. q2 de⁹ dt p p̄s. Ipi ṽo n̄ ɔg. vi. me. q̄. iu. ⁊c. si. i. nō itro. i re. m. Scd̄o ṽbū dei audiri d3 memorie cōmēdādo. vn̄ Bern̄. Verbū dei audiētib⁹ tria sūt necessaria. s. volūtas audiēdi. studiū intelligēdi. diligētia retinēdi. Ideoq3 Grego. i omel'. viij. dicē sic. Verba dei q̄ aure pcipitis mēte retinete. cib⁹ eñ mētis est ṽbū dei. ⁊ q̄si acce/ptus cib⁹ stomacho lāguēte reijcit' qn̄ audit⁹ sermo i vētre memorie n̄ tenet'. sȝ q̄sq̄s alimēta n̄ retinet hui⁹ pfecto vita despat'. Et̄ne g̃ mortis pīculū formidate si cibū scte exhortatōis n̄ accipitis: sꝫ ṽba vite. i. alimēta iusticie i memoria nō tenetis. hec Greg. O t̄ribile ṽbū. Sȝ di. Nunq̄d hō ōis q̄ n̄ retinet ṽba p̄dicatiōis est in pīcl'o et̄ne mortis. Rn̄det' q̄ dūmō hō facit q̄d i se ē recordādo saltē aliq̄ꝝ q̄ p̄dicata sūt licȝ n̄ oim: nō est i pīcl'o Verba g̃ p̄dicta Gre. itelligēda sūt cū moderatōe. scȝ q̄ hō ē in pīcl'o qn̄ ex ɔtēptu n̄ vult retiere verbū dei. vt patebit ifra. Tercio ṽbū dei audi/ri d3 ope iplēdo. nā Lu. xj. xp̄s dn̄s dt. Bti q̄ audiūt ṽbū dei ⁊ cust. ⁊c. Beda. Hij ṽbū di audi/unt ⁊ custodiūt q̄ audiētes aure recōdūt mēte et ope iplēt. ⁊ hij bti q2 vitā et̄nā exinde possidebūt Vt eñ dt Ro. ij. nō auditores tm̄ leg' sunt iusti apd̄ deū sȝ factores. Exm̄ fm̄ Lyrā pōit' q̄ q̄ au/ditor est tm̄ ṽbi ⁊ n̄ factor: silis ē illi q̄ medicū attente audit sȝ nil facit coꝝ q̄ medic⁹ dt vl' mādat et. j. Ethi. hec accipiunt'. ⁊ sic egrot⁹ nunq̄3 sanat' Sic ē ꝓposito. Quarto ṽbum di audiri d3 de/uotissime reuerēdo. Quare aūt d̄beat mltū reuereri verbum dei plures rōnes sunt.

Primo ꝓpter dei in ṽbo p̄sentiam.
Scd̄o ꝓpt' ṽbi cōpationē ad eucharistiā
Tercio ꝓpter reuerendā scimoniā.

M Prio ꝓpt' dei p̄sentiā. s. in ṽbo. Ipe eñ de⁹ dat ṽbū i os p̄dicātis. Hiere. j. Ecce d̄di ṽba mea in ore tuo. Itē ipse de⁹ p̄ns adest ⁊ loquit' Exod. iiij. Ego ero i ore tuo doceboq3 q̄d loq̄ris. Bern̄. Dū scptura legit' vl' audit': de⁹ loquit' aic. dū aūt aia orat ipa deū alloquit'. Ideoq3 dū hō audiēs ṽbū i corde suscipit: deū ɔcipit p ṽbū fm̄ grām Propt'ea sic btā ṽgo maria reuerentia suscepit xp̄m. sic debet ⁊ hō maria reuerētia ṽbū suscipe in corde ɔcipiēdo. Scd̄o ꝓpt' ṽbi ɔpatōe3 ad eucharistiā. q2 nō min⁹ reuerēdū ē ṽbū di q̄3 corp⁹ xp̄i. sic̄ testat' Aug. i ser. q̄ icipit. Añ aliq̄t dies. ⁊ dicta ei⁹ scpta sunt. j. q. j. c. Interrogo. vbi text⁹ dt sic. Interrogo vos frēs vel sorores dicite mihi q̄d plus videt' vob: corp⁹ xp̄i: an ṽbū xp̄i. Si veru3 vultis rn̄dere: h̄ dicere d̄betis q̄ n̄ sit min⁹ ṽbū dei q̄3 corp⁹ xp̄i. Et iō q̄nta sollicitudine obseruam⁹ qn̄ corp⁹ xp̄i nob̄ mistrat' vt nihil ex ipo d̄ māib⁹ n̄ris i t̄rā cadat: tāta sollicitudine obseruem⁹ ne ṽbū dei q̄d nob̄ erogat' dū aliō aut cogitā⁹ aut loq̄mur de corde puro depeat. q2 nō mi⁹ erit re⁹ q̄ ṽbū dei negligenter audierit q̄3 ille q̄ corp⁹ xp̄i sua negligētia in terrā cadere p̄miserit. hec Aug. ibi. Sȝ q̄lit' sint hec itelligēda Archid. sup h̄ ca. dt. et alij. q̄ ɔpatio corpis xp̄i ⁊ ṽbi p̄dicati n̄ fit respectu. s. dignitatis ⁊ excellētie q̄ ad se. sed respe/ctu efficacie q̄ ad nos. nā licet eucharistia maior sit dignitate. tn̄ p̄dicatio pl'es ɔuertit ⁊ pl⁹ facit cōpūgi hoies: ita vt oia pctā p eā tollant'. sed per corp⁹ xp̄i tm̄ venialia tollunt'. de ɔse. dist. ij. Ite/rat'. vt hec dic̄ glo. sup h̄ ca. Ad id Exm̄. Auꝝ p̄ciosi⁹ ē q̄3 aq̄. tn̄ aq̄ pl⁹ valet ad mūdandū sordes q̄3 auꝝ. sic est i ꝓposito. Ecce g̃o hō aduerte t̄ribile dictū Aug. dicētis vbi s̄. Nō mi⁹ re⁹ erit q̄ ṽbu3 dei. glo. i. id q̄d ṽbo significat' vl' p ṽbum ɔcipit' h̄ est ipm̄ deū negligenter audierit: q̄3 q̄ corp⁹ xp̄i sua negligētia in t̄rā cadere p̄miserit. vterq3 eñ p negligētiā ipm̄ xp̄m deū offendit. ¶ Tercio ṽbū dei debet audiri deuotissima reuerētia ꝓpter scimoniā. Si eñ reliq̄e scōꝝ sūt venerāde fm̄ Aug. j. d̄ ci. dei eo q̄ dū viuerēt spūsscūs i il/lis manēs opabat'. mlto magis debem⁹ reuereri ṽba xp̄i q̄ ꝓcesserūt d̄ corde xp̄i vbi hitauit pleni/tudo deitatis. In q̄b⁹ ṽbis mānet spūsscūs ⁊ i cor n̄rm̄ p ṽbū susceptū ifūdit'. Proinde fm̄ Ludol. li. vite xp̄i aliosq3 tale pōit' Exm̄. Si q̄s tibi o hō daret pticl'a3 vestis xp̄i quā portauit ⁊ ṽgo mr̄ ei⁹ fecerat. nōne cū mag̃ reuerētia suscipes. vtiq3. Itē posito casu q̄ eēt aliq̄ gēma quā xp̄s i ore gestasset oib⁹ annis q̄b⁹ p̄dicauit. nōne si tibi tal' gēma posset dari q̄nta reuerētia susciperes. Pret'ea ad/huc maiori reuerētia susciperes si q̄s possȝ dare tibi guttā sāguis xp̄i q̄ i intio cordis xp̄i stetit ⁊ ide effluxit i cruce. sic libētissime ⁊ cū maria reuerētia d̄bes suscipe ṽbū dei. q2 stetit i corde xp̄i ⁊ ꝓcessit inde ad ei⁹ os bn̄dictū ⁊ ide ad sacrā scptura tra/ditū ē i libris. vn̄ vt doc3 Henri. d̄ gādauo i q̄dli/betis suis Lib ɔtinēs ṽba xp̄i d3 reuereri deuote. nā ⁊ eccl'ia statuit libꝝ euāgelij duote osculari a sacerdote p⁹ lectū euāgeliū. Legit' etiā q̄ sā. Frā. mādauit frib⁹ vt cedulas ṽba sacra ⁊ nomē xp̄i ɔtinētes honorabili loco ponerēt. O g̃ tu xp̄iane disce audire ṽba di reuerētis p̄dictis modis. O

Circa scd̄m de obligatōe aliq̄ q̄rūt'. Prio q̄rit' vtꝝ obligēt' hoies necessario ad audiēdū ṽbū di saltē i die festo: ita q̄ si q̄s obmittat mortalr̄ peccet. an nō. Ad h̄ recolligēdo doctoꝝ dictamia respōdet' distinguēdo. q2 aliq̄ sūt hoies q̄ sciūt necessaria ad salutē. alij āt sūt q̄ nesciūt. De his q̄ sciūt necessaria dicēdū fm̄ Antho. flor. i sū. pte. ij. ti. ix.

c.xj.ꝙ nõ audire p̄dicatõeꝫ etiã ex negligẽtia ⁊ in
die feſto vł alˀs dũ p̄dicaṫ q̄uis ſit malũ tñ nõ ē
pctm̄ mortale abſoluteꝛ ſimpliciṫ.ſꝫ ñ audire ex
ꝯtẽptu ē pctm̄ mortale. Et huiꝰ rõ qꝛ vnuſqſqꝫ te
neṫ nõ ꝯtẽnere ſꝫ potiꝰ ꝯſiderare ea q̄ ſũt ad ſalu
tẽ necãria. Sꝫ v̄bũ dei ꝑmarie noſciṫ eē necãriũ
ad ſalutẽ vt atteſtaṫ Inno.extra d̄ of. iu.oꝛ.c.inṫ
cetera. Jdeoqꝫ ſic ſignũ mortꝭ corꝑalˀ ē cibũ corꝑalẽ
nõ ꝑcipe. ita v̄bũ dei qđ ē cibꝭ aĩe ꝯtẽnere ſignũ
eſt mortꝭ etne.vt ſup̄ dictũ ē ꝑ Gre.Deniqꝫ d̄ hiſ
loq̄ndo q̄ igr̃ãt necãria ad ſalutẽ tales ſꝫ Ray.
ti.de feṙ.⁊ fr̃eꝫ Ange.i ſua ſũma alioſqꝫ debẽt inſi
ſtere vicꝫ p̄dicatõi ſm̄ idigẽtiã oĩ tp̄e audiẽdo dũ
bñ poterũt vł ſaltẽ ꝑ aliũ aliquẽ modũ addiſce
re ea q̄ neceſſaria ſũt ſibi ad ſalutẽ.p̄ſtim autẽ i
die feſto i q̄ ꝯmodiꝰ pñt talia ⁊ debẽt audire ſi ē
q̄ p̄dicet. Si aũt talˀ obmittit audire p̄dicatõem
licꝫ nõ ſꝑ mortalˀr in h̄ peccat.tñ ſi ex ꝯtẽptu vel
cũ ſcãdalo alioꝝ h̄ facit peccat mortalˀr.⁊ põt eti
am excõicari.de ꝯſe.di.j.Sacerdote.ſ.ꝓpṫ ꝯtem
ptũ vł ſcãdalũ.alˀs nõ. Hec ãt neceſſaria ad ſa
lutẽ addiſcẽda ſũt articłi fidei:p̄cepta dei ⁊ natu
ralia.pnie v̄e actio.ſ.ꝯtritõis:ꝯfeſſiõis ⁊ ſatiſfa
ctõis modꝰ ⁊ hmõi. Vñ dicˀ apłus.j. Choꝝ.xiiij.
Ignorãs ignorabiṫ. Et ſm̄ Rich.ſup̄ .iiij.di.xxiij.
Igr̃ãtia craſſa ⁊ ſupia.ſ.cũ q̄s negligit ſcire talia
necãria nõ excuſat hoĩeꝫ a mortali. Ad hec ratõ
qꝛ generalˀ regła theologica ē ꝙ q̄cũqꝫ expõit ſe
ꝑicło pcti mortalˀ ſciẽṫ peccat mortalˀr Vñ q̄libꝫ
teneṫ q̄tũ põt ꝑicła aĩe ſue euitare.qꝛ ſcribiṫ Ec
cli.iij. Qui amat ꝑiculũ ꝑibit i illo. Sꝫ q̄ negli
git audire v̄bũ dei i p̄dicatõe niſi ꝑ aliũ moduꝫ
addiſcat ea q̄ ſũt ſalutꝭ neceſſaria ꝑicło ſe pecca
ti mortalˀ ⁊ dãnatõis aĩe ſe expõit.ſ.ꝑ igr̃ãtiã q̄ ē
nutrix oĩm vicioꝝ vt dicˀ Iſid.ḡ teneṫ hõ ignarꝰ
vt nõ negligat addiſcere ſibi neceſſaria vł ꝑ p̄di
catõeꝫ vł ꝑ aliũ modũ.pbaṫ.j.q.j. Interrogo

¶ Scđo q̄riṫ cur ecclˀia nõ p̄cepit oĩbꝭ expꝛſſe ſaltẽ i
feſto audire diuinũ v̄bũ ſicˀ p̄cepit miſſas.cũ ſit
tã neceſſariũ audire v̄bũ diuinũ ⁊ maioꝛꝭ vtili
tatꝭ q̄ꝫ miſſas audire.vt pꝫ ſup̄. Rñr ꝙ potiſſi
ma rõ inṫ alias hec ē.qꝛ paſtores q̄ hñt curã aĩa
rũ teneṫ ex p̄cepto ecclˀie pplo ſuo p̄dicare vł ꝑ ſe
ip̄os vł ꝑ alios.vt pꝫ extra de of.iu.oꝛ.c.inṫ cete
ra. Idcirco etiã pplˀi eodẽ p̄cepto ꝓ loco ⁊ tp̄e de
bẽt p̄dicatões audire eoꝝ.vñ d̄ ꝯſe.diſt.j.c.Sa
cerdote.ꝯcilũ dicˀ ſic. Sacerdote v̄bũ dei i eccle
ſia faciẽte ſi q̄s egreſſus fuerit d̄ auditorio excõi
ceṫ.vbi glo.dicˀ ꝙ dꝫ itelligi qñ hõ fac̄ h̄ ꝯtẽnens
Itẽ Antho.floꝛ.vbi ſup̄ dicˀ ꝙ ex h̄ ſolo ꝙ q̄s nõ
audit p̄dicatõꝫ etiã ex negligẽtia q̄uis male fa
ciat nõ tñ dꝫ excõicari.qꝛ excõicatio nõ dꝫ fieri ni
ſi ꝓ pctõ mortali.xj.q.iij. Nẽo epoꝝ.ſꝫ talˀ ñ pec
cat mortalˀr niſi ex ꝯtẽptu egrediaṫ de ſmone vel
cũ alioꝝ ſcãdalo:tũc eñ vẽit excõicãdꝰ.alˀs non.
vt dicˀ fr̃ Ange.

¶ Tercio q̄riṫ q̄les hoĩes di
noſcũṫ ex ꝯtẽptu nõ audire v̄bũ dei. Notãdũ eſt
ſm̄ Rich.i q̄đlibeto.j.q.xix.⁊ pꝰ eũ ſꝫ fr̃eꝫ Ange.
i ſũma de ferijs.ꝙ ꝯtẽptꝰ ē duplex.vnꝰ verꝰ d̄r al
ter iterp̄tatiuꝰ quẽ vocat.ſ.qñ ſine aliq̄ cã legitia
ad nõ audiẽdũ v̄bũ lˀ miſſaꝫ i feſtꝭ aſſueſcˀ. Vñ
q̄ttuoꝛ genera hoĩm dinoſcũṫ ex ꝯtẽptu ñ audi
re v̄bũ dei.⁊ ſic mortalˀr peccare. Primũ ē eoꝝ
q̄ nolũt audire ex vero ꝯtẽptu. Scđm ē eoꝝ qui
obmittũt audire ſine cã rõnabili i feſto ex ꝯſue
tudie.ſi eñ obmittit q̄s ex cã rõnabili i feſto nul
lũ ē pctm̄.ſi aũt ſine cã rõnabili puta ex pigricia
vel alia paſſiõe aut cã nõ rõnabili.ſi tñ ad h̄ nõ
eſt aſſuetꝰ veniale ē.qđ ſi ducit i ꝯſuetudinẽ ⁊ ſic
ex ꝯſuetudie ſꝑ ſolet obmittere mortale videṫ et
dignꝰ ē talˀ excõicatõe. Ad qđ fac̄ glo.ſup̄ ca.oẽs
fideles.⁊ textꝰ.xxv.di.§.Alias ea demũ. Terciũ
genꝰ ē eoꝝ q̄ cũ ſcãdalo obmittũt i feſto audire v̄
bũ dei vł cũ ſcãdalo egrediũṫ de ſmõe vt ſup̄ pa
tuit. Quartũ ē eoꝝ q̄ neſciũt neceſſaria ad ſalutẽ
⁊ adhuc toto anno nolũt aliq̄bꝫ ſaltẽ feſtꝭ ſmõꝫ
audire ſine cã ⁊ ipedimẽto rõnabili.

¶ Quarto
q̄riṫ q̄đ de ruralibꝫ ⁊ i mõtibꝫ habitãtibꝫ vł i ca
ſtrꝭ finitimis inimicoꝝ ſaracenoꝝ ⁊ hmõi q̄bꝫ
difficile eſſet v̄bũ dei audire ſicˀ ⁊ miſſas ⁊c̄. Re
ꝛ mera bonitate ſua ꝛ charitate. Jō dic̃. Ego ſu3
paſtor bonꝰ ꝛc̃. Et iteꝝ. Ego agnoſco patrē, i.di
p̄ris charitatē q̄ ſic vult vt aĩa3 meã ponã ꝓ oui
bus meis ſaluãdis ꝛ i celo glĩficãdis:vt pz ꝑ ex
poſitionē Gregorij. Et ō bis pz i euãgelio. Jta/
q3 exq̄ in euãgelio xp̃s dicit.ꝙ tanq3 bonꝰ paſtor
ex charitate diuia aĩam ſuã ponere voluit ꝓ ſa/
lute etn̄a ouiũ ſuaꝝ xpianaꝝ.ſ.aĩaꝝ: vt ſic illis
acq̇reret ꝛ diſponeret bona celeſt̃ regni vbi ꝑpe
tua btītudine eas paſceret ꝛ glĩficaret. Jdcirco
vt nouerimꝰ q̃3 mltiplicia ſint illa bona celeſtis
regni q̄ xp̃s nob ꝓmeruit ꝛ plꝰ ea deſideremꝰ ac
ꝑ oppoſitũ mltimoda īfernalia mala caueamꝰ
ꝓ hoc ſermōe tria myſteria notemꝰ.

Primo ō celeſtiũ bonoꝝ mltiplicitate.
Scd̃o de gehēnaliũ maloꝝ copioſitate.
Tertio de cauſaliũ xp̄i meritoꝝ exēplaritate.
q2 xp̃s nob meruit celeſtia ꝛ ſaluauit a gehēna.

A Circa p̃mũ de mltiplicitate bonoꝝ cele/
ſtiũ:notãdũ ē ꝙ ſic̃ dic̃ Bern̄. Bona celeſtia ſũt
inq̇t tã mag̃ ꝙ nō pñt mēſurari.tã lōgeua ꝙ nō
pñt termiari.tã mlta ꝙ nō pñt nũerari. ꝛ tã p̃cio
ſa ꝙ nō pñt extimari. Hec ille. Exꝓpterea cũ ſint
tāta ꝛ talia debemꝰ nos miſeri fortiꝰ ad illa adi/
piſcēda conari:q2 vt Augꝰ dic̃: licet extimari nō
poſſint:tñ acq̇ri pñt. S3 ꝛ q̄ nō acq̇rere volũt vl'
illa negligũt ieffabilia mala gehēne icurrũt.que
nec mēſurari nec nũerari nec etiã terminari pñt.
Jnt̃ hec ĝ duo idicibilia ꝯſtituti ſumꝰ cariſſimi
vt eligamꝰ qō coꝝ volumꝰ vel bona vel mala.
ſ3 vtraq3 ſempitna. Uñ Eccl.xv. Añ hoie3 vita ꝛ
mors bonũ ꝛ malum:qō placuerit ei dabit̃ illi.
Q̃3uis āt illa ſint inũerabilia ꝛ idicibilia vt dictũ
ē:tñ aliq̄ ſaltē generalia ō iſtis ꝓut a ſctis ſīt tra/
dita ꝓſeq̄mur. S3 qm̄ vt phs.j.elēcoꝝ dic̃ ꝛ ex/
perientia docet. Oppoſita iuxta ſe poſita magis
eluceſcũt:puta albũ poſitũ iuxta nigrũ.ꝛ lux iu/
xta tenebras magis appet vtrũq3. Et q2 q̄s cele
ſtiũ bonoꝝ deſideria nō alliciũt ad ꝯuerſionē de
pctis.ſepe fortiꝰ gehēnalia mala ꝛ ſupplicia de/
terrēdo cōpellũt. Jdcirco de h̃ p̃mo ꝓſeq̄ndo cir
ca ſcd̃m etiã.ſ.de mal' gehēne ꝑ oppoſitũ h̃ ꝓſeq̄/
mur ſil' ꝓut iſte ſermo capit. Ut aũt ſaltē aliq̇lit̃
itelligere poſſimꝰ q̃3 mltiplicia ſint bōa celeſtia
ꝛ ꝑ oppoſitũ mala īfernalia:aduertēdũ ē. ꝙ ſm
Anſ.li.ſilitudinũ.ꝛ poſt eũ ſm Frã. Maro. ali
oſq3 doct̃.ponũt̃ p̃cipue.xv.ptes btītudis celeſt̃
ꝑ oppoſitũ ꝯ.xv.ptes miſerie q̄s icurrimꝰ ꝑ pec
catũ.ꝛ ꝑfectiſſime erũt i īferno. Quas i tribꝰ qui
narijs poni libeat ꝓ faciliori captu ſm ordine3
lraꝝ hoꝝ triũ terminoꝝ:ſalus:pacis:iugis.
Prima ē ſanitas ſine īfirmitate.

Scđa agilitas ſine grauitate.
Tertia libertas ſine ſeruitute.
Quarta vbertas ſine defectuoſitate
Quīta ſpecioſitas ſine deformitate
Sexta pax ſine pturbabilitate
Septima amicicia ſine odioſitate.
Octaua cognitio ſine falſitate
Nona īpaſſibilitas ſine mortalitate.
Decima ſanctitas ſine peccabilitate
Undecima iuuētus ſine ſenectute
Duodecima ꝟtutis ptās ſine ꝯrietate.
Decimatercia gl'ioſitas ſine vilitate
Decimaq̄rta iocūditas ſine triſtabilitate.
Decimaq̄nta ſecuritas ſine timiditate

Iſta q̄ndecim pñt etiā ꝓ pplo ſimplici noīari tā q̄ꝫ paſcua celeſtia vl' etiā fercula ꝯuiuij celeſtꝫ.q̄bus xp̄s tāq̄ꝫ paſtor bon⁹ paſcit ꝛ reficit oues

B Pria ḡ ps vl' bonū btitudīs ē ſanitas ſine īfirmitate. Uidē⁹ q̄ppe ī pſenti vita q̄ ſum⁹ ſubiecti multꝫ īfirmitatib⁹ ſm corp⁹. Audiui eī q̄ndā phiſicū dicere q̄ ex ſingul' mēbroꝝ iūcturꝫ pñt oriri ī hoīe pl'es q̄ꝫ.lx.īfirmitates. Deniq̄ꝫ ſꝫ aīaꝫ īfirmitates habem⁹ paſſionū ml'taꝝ.ſ.ire triſticie.gaudij odij amorꝫ ꝛ hmōi ac variaꝝ curaꝝ q̄ diſponūt ad mortē. Sꝫ ī celo nulla vnq̄ꝫ erit īfirmitas ſꝫ pfectiſſima ſanitas. Uñ Eſa.lx. Occupabit ſal⁹.i.ſanitas muros tuos. Jō ps.ī pſona btī grās agēs dīc. Bñdic aīa mea dñm ꝛ noli obli.oēs retri.ei⁹. Qui ꝓpiciat oib⁹ iniq̄.t. q̄ ſanat oēs īfirmitates tuaſ. Anſ.ī pſologiō. Cur p mltavagarꝫ o homūcio q̄rēdo bona creata aīma vnū bonū ī q̄ ſūt oīa bona.ſi dlectat te lōga ꝛ ſana vita ī celo ē ſanitas etna. Per oppoſitū ī inferno erit oīs īfirmitatꝫ dolor. Job.xx. Ardebit ꝛ eſtuabit ꝛ oīs dolor irruet ſup euꝫ. O ḡ hō habuiſti ne aliq̄ñ podagrā vl' calculū aut aliaꝫ ḡuē īfirmitatē aut dolorē ī corpe.cogita maiora eſſe ī inferno niſi pniaꝫ egerꝫ tibi p̄pata. Feſtina ḡi celū. Scđa ē agilitas ſine ḡuitate. Nā ī pſēti ſum⁹ ḡui ī h corpe ꝯſtituti. ī q̄ mltas fatigas patimur ex motu corpīs ābulādo:laborādo ſtādo ꝛc.q̄s fatigas īcurrim⁹ ex petō. Sap.ix. Corpus qđ corrūpit agḡuat aīaꝫ ꝛ dep̄mit ſenſū ꝛc Sꝫ ī celo ē ſūma agilitas ſine omī ḡuitate ꝛ fatigio.nūq̄ꝫ etiā fatigabit corp⁹ btī ſiue ſtādo ppetuo corā rege xp̄o ſiue pcedēdo Sꝫ ſic nūc āgel⁹ pōt mouere corp⁹ hoīs q̄ſi ī ictu ocl'i deportādo p mlta miliaria ſic trāſtulit angel⁹ ꝓphaꝫ Abacuc ī momēto de iudea ī babilonē.ꝛ ꝯfeſtim reſtituit ī locū ſuū. Dañ.xiiij. Ita tūc aīa mouere poterit corp⁹ gl'ioſū vt dīc Aug. Sꝫ p oppoſitum dānati hebūt corpa ḡuiſſima vt nec exire nec ſe ī loco erigere poſſint. aut đ latere ī aliđ lat⁹ ꝟtere ſꝫ iacebūt tāq̄ꝫ trūci ḡues ī locꝫ īfernalib⁹. Eccl's xi. Lignū ī q̄ loco ceciderit ibi erit. Tercia eſt libertas ſine ſuitute. Hic q̄ppe ſuituti dñoꝝ ſūt hoīes ſubiecti.ſꝫ p⁹ iudiciū oē dominiū ꝛ oīs poteſtas euacuabit.vt đꝛ.j.Cho.xv. Soli deo erūt ſubiecti nec ꝓpriꝫ vt ſerui ſꝫ vt filij pr̄i cū q̄ regnabūt ī ſecl'a ſecl'oꝝ. Apocal'.xxj.tāq̄ꝫ coheredes xp̄i Per oppoſitū dānati erūt ī miſerria ſuitute demonū tortoꝝ peſſimoꝝ.ꝛ ipoꝝ dominio ſubiecti. Mat.xviij. Irat⁹ dñſ tradidit eū tortorib⁹

C Quarta ē vbtas ſine defectu.q̄ꝛ ſatietas erit oīs boni.ps. Bñdic aīa mea dñm q̄ replet ī bonis deſideriū tuū. Idē. Inebabūt ab vbtate dom⁹ tue. Hic q̄ppe nō ſatiat anim⁹ nec pōt oēa⁹ deſideriū ipleri etiā ſi totū mūdū q̄s poſſideret. imo vt Juuenal' poeta ait. Creſcit amor numi q̄ntū pecunia creſcit. Sꝫ q̄re h. Inno.đ vili.hūane ꝯdi.pte.ij.c.viij.dīc rñdēdo ſic. Cupide vis ſcire q̄re es vacu⁹ ꝛ nūq̄ꝫ iplearꝫ.nō ē plena mēſa tua vl' dom⁹ aut burſa q̄ntūcūq̄ꝫ deſiceat adhuc eſt capax amplioꝝ.q̄ꝛ anim⁹ hūan⁹ fact⁹ ē vt ſit capax dei.nūq̄ꝫ ḡ eſt plen⁹ niſi deū habeat ad cuius imaginē ē fact⁹. Exēplū ſi cera imp̄mat ſigillo nulli alteri ſigillo p mūduꝫ pōt aptari pfecte vt bñ ipleat niſi p̄mo.ſic aīa nō iplebit niſi deo: ad cui⁹ imaginē ē.h erit ī celo.ps. Satiabor cū apparuerit gl'a tua. Per oppoſitū ī inferno erit oīs penuria ꝛ carētia deſiderabil' rei.vñ pſal. Deſideriū petōꝝ pibit. Quīta ps vl' bonū btitudinis ē ſpecioſitas vl' pulcritudo ſine deformitate. Nūc q̄ppe corp⁹ noſtꝝ nō ē pulcꝝ nudatū niſi ſit bñ veſtitū. Sꝫ ī celo dotabit pulcritudīe idicibili claritatis gl'ie. Mat.xiij. Fulgebūt iuſti ſicut ſol ī reḡ pr̄is eoꝝ. Per oppoſituꝫ ipī dānati erūt miro mō deformes ꝛ turpes ac nudis corpib⁹. Eſa.xiij. Unuſq̄ſq̄ꝫ ad primū ſtupebit facies ꝯbuſte vult⁹ eoꝝ. Aug⁹. Si ignis iſte nr̄ ſtaq̄ vrit deturpat q̄nto magꝫ ignis gehēne Sexta eſt pax ſine turbatōe. q̄d eīm h ſūt niſi ꝯtinua bella litigia ꝛ diſcordie etiā ī ipomet hoīe: vbi caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄. Ro.vij. Sꝫ ī celo erit ī pturbabil' pax. Eſa.xxxij. Sedebit ppl's me⁹ in pulcritudīe pacꝫ ꝛ ī reqe opulēta. Per oppoſitū dānati erūt ſine oī pace.q̄ꝛ nulla reqes eiſ dabit a torturaꝝ labore. Ps. Laborabūt ietnū et viuēt. Ber. Cruciat⁹ ī inferno nūq̄ꝫ mitigabit: nūq̄ꝫ itermittet. Septīa ē amicicia ſine odio.q̄a vt Aug.dīc. In celo caritas ppetua regnat. Et ſm Rich.ſup.iiij. Quilibꝫ tātū gaudet đ bono alti⁹ ſic de ꝓpo. In pñti q̄dē rari ſūt fideles amici.ſꝫ oēs angeli ꝛ oēs btī ſinguli ſingul' ꝛ oēs ipſi deo ꝛ xp̄o ac btē ꝟgi erūt amiciſſimi. Per oppoſitū dānati erūt ī ſūmo odio ꝛ ira adeo q̄ ſi poſſent morderēt ſe mutuo tanq̄ꝫ canes rabili. Eze. xxxij. Impij cū armis ſuis ad īferna deſcendūt. Glo.cū armiſ.i.vicijs ſpūalib⁹ iuidia odio ꝛ ira

D Octaua ē cognitio ſine falſitate.nā ī pñti ſum⁹ mltꝫ errorib⁹ falſitatꝫ iuoluti ꝛ ī igrātia. adeo q̄ ſic dīc Themiſti⁹ ſup.ij.đ aīa. Ea q̄ ſcim⁹ ſūt mīma eoꝝ q̄ igram⁹. Nā nec aīaꝫ ꝓpriā noſcim⁹ quā q̄tidie pñtē ī oī ope habem⁹. Sꝫ ī celo erit ſūma cognitio ꝛ ſapia adeo q̄ vna vetula vl' vn⁹ puer ī celo exñs pl' ſcit q̄ꝫ oēs doctores hui⁹ mū

di ſcire poſſent ī pñti. Uñ Aug⁹.li.iiij.ſup Geñ.
di.ꝙ bti habēt triplicē cognitiōez.⁊ vna dr̄ meri
diana q̄ aīe btē cogſcūt diuinā eēntiā ī ſeipa vl̄ ỽ
bū ī ſeipo vidēdo deū clare facie ad faciē.j.Cor.
xiij.Scd̄a dr̄ cognitio matutina q̄ cogſcūt crea⸗
turas ī ỽbo.i.ī ſapiā diuīa ī q̄ videt oīa:vt dicit
Doc.Tertia ē cognitio veſptina q̄ cogſcunt crea
turas ī ꝓꝓo genere ꝑ ꝓꝓas ſpēs. Pria dr̄ meri⸗
diana vel diurna.qꝛ ſicut ſol ī ꝑfecta meridiei ho⸗
ra ē ī ſūma claritate ⁊ feruore:ſic viſio diuīe eēn⸗
tie ē ſūme claritat.Scd̄a dr̄ matutina qꝛ mane
ē ꝓma hora diei. Ut āt idē Aug.dicit Primatū co
gnitōis obtinet illa q̄ cogſcit creaturā ꝑ creatorē
nō ecōuerſo. Tertia ꝟ dr̄ veſptina qꝛ cogſcit deū
ꝑ creaturas tāꝗ ꝑ tenebras enygmatū.Ecce ex
iſt pꝫ ꝙ in celo ē clara cognitio oīmoda. Sꝫ ꝑ
oppoſitū de dānat ſcribit Eccē.ix. Nec ſcia nec
ſapiā ē apd̄ īferos. Nā vt volūt doc.ſup.iiij. diſ.
vl.poſt iudiciū totalit abſorbebit mēs btōꝝ ⁊ re
flectet ī penas ꝓꝓas vt nil ſciāt niſi penas. No
na ē īpaſſibilitas ſine mortalitate. Cū eī ī pſenti
patiamur mltas miſias famis ſit labor ⁊ hu
iuſmōi. Ibi āt vt ſcribit Apoc.xxj. Abſterget ds̄
oēz la.ab o.ſ.⁊ iā nō erit a.neqꝫ luc. neqꝫ cla. neqꝫ
d.q̄ ꝓma abi. Per oppoſitū d dānat Eſa.vl. Ig
nis eoꝝ nō ex.⁊ ỽ.nō mo. Et Pſ. Mors depa⸗
ſcet illos.qꝛ vt Tho.i.iiij.dicit. Erūt in ꝯtinuo do
lore mario ſicut ē dolor mort. Decia ē ſcitas ſine
peccabilitate. Cū em̄ ī pñti oēs ſim⁹ pctōres. q̄a
vt Bona.d.Oēs in pctō naſcimur:in pctis viui
mus ⁊ ī pctis morimur ſaltē venialib⁹. Ibi in ce
lo erit ꝑfectiſſima ſcitas nec in ꝑpetuū erit pec⸗
catū. Eſa.lx. Nō audiet vltra iniqtas in tra tua.
Et loqt de hierlē ſupna. Per oppoſitū dānati
cruciabūt in peccatis ſuis tāꝗ obſtinati cū de⸗
monib⁹ ⁊ ꝑpetuo maledicti Mat.xxv. Unde
cima ps btitudīs vel bonū ē iuuēt⁹ ſine ſenectute
qꝛ vt dicit mgr in.iiij.di.xliiij.oēs reſurgēt in eadē
etate q̄ xp̄s reſurrexit.ſ.ānoꝝ.xxxiij.q̄uis aliqui
mltū pl⁹ etat ſenilis habuerint:vt adā mathu⸗
ſalē ⁊c.tn̄ d talib⁹ pſ.dicit. Renouabit vt aqle iu
uēt⁹ tua. O ſi hoīes h̄ ꝑ pñti poſſent facere q̄nto
ꝑcio magni dn̄i ad id conarent ꝑuenire vt fortē iu
uētut īuenirēt. Anſ. Hanc vitā celeſtē āplecti de
beres vbi iuuent⁹ ſine ſenectute. Sꝫ ꝑ oppoſitū
dānati lꝫ reſurgāt ī etate iuuenili ꝑdicta:tn̄ h̄ eiſ
erit ad pene acerbitatē. Duodecīa ē ptās ſine
ꝯrietate. Nā bti in btitudine erūt tāte ỽtut ⁊ for
tiſſime potētie vt ſint eq̄les angel:ita ꝙ ſicut vnus
angel⁹ nūc mouet celū ſm̄ doc.ſic p⁹ reſurrectōꝫ
glificati erūt adeo potētes ꝙ poſſent mouere: vt
docꝫ Dyoni.li.d di.no. Uñ Eſa.xliij. Qui timēt
deū mutabūt fortitudinē.ſ.hūanā in āgelicā.vñ
nil reſiſtere poterit eis. Per oppoſitū de dānatis
ſcribit Eſa.j. Erit fortitudo vr̄a vt fauilla ſtupe
q̄ nulli flatui reſiſtere pt:ſic illi nlli leſ.uo. Tre
decia ē glia ſine vilitate ignominie. Cū em̄ vide⸗
am⁹ in pñti nos oī ſpurcicia ⁊ ſordib⁹ plenos tā

ꝗꝫ ſaccos ſtercoꝝ.⁊ clari⁹ videm⁹ ī ſepulchro vbi
ſum⁹ eſce ranaꝝ ⁊ ỽmiū.ſꝫ in celo erim⁹ glioſiſ⸗
ſimi ſine vlla miſia ſordide ſpurcicie ⁊ cuiuſcūqꝫ
vilitat.j.Cor.xv.Semiat corp⁹ ī corruptōe re⸗
ſurgꝫ ī icorruptōe.ſemiat ī ignimia reſurgꝫ ī glā
Per oppoſitū de dānat Eſa.xiiij.Sbter te ſter⸗
net tinea ⁊ opi.⁊c. Deciaqrta ē iocūditas ſine
triſticia. Nā in celo ē leticia ineffabil ⁊ nlla vnqꝫ
triſticia. Pſ. Exultabūt ſcti in glia.le.in cu.⁊c.
Sꝫ ꝑ oppoſitū d inferno Mat.xiij. Ibi erit fle.
⁊ ſtridor dētiū. Decimūqntū ē ſecuritas ſine ti⸗
more.qꝛ ſciūt regnū celeſte ⁊ oīa bona ī ꝑpetuū
poſſidere.ꝓut xp̄s di. ⁊ oīs ſcptura clamat. Sꝫ
ꝑ oppoſitū dānati erūt deſolati oī timore.qꝛ ſci⸗
unt ꝙ nūqꝫ de⁹ eoꝝ miſerebit.⁊ q̄ntūcūqꝫ puni⸗
ant ſꝑ eterna pena eis remanet a pte poſt. Et qꝛ
vt Job.xx.ſcribit. Uadēt ⁊ veniēt ſup eos horribi
les.i.demones q̄ꝝ aſpect⁹ ē terribil. O ꝟ pctōr vi
de q̄nta mala tibi pata ſūt ī futuro ſi in pctō per
manebis.o aīa miſera vide q̄nta bōa ſūt tibi pa
ta in celo ſi penituer.o xp̄iane cōpatere tibiipſi:
noli te ꝑdere ſꝫ acqre celeſtia.

C Circa tertiū p̄ncipale de cauſaliū xp̄i.ſ.me
ritoꝝ exēplaritate breuit ſufficiat declarare po⸗
nēdo ad p̄miſſa duo exēpla. Unū ꝑ bonis ſecu⸗
rādis.alteꝝ ꝑ mal deterrēdis. Primū exēplū le
git ī vita ſcti Berñ.abbat.ꝙ aliqñ īfirmat⁹ vir
dei ſctūs Berñ.cū ad extremū iā ſpm̄ trahere vi
debat in exceſſu mētis ſue añ tribunal dei viſus
ē pñtari. Affuitq ſathā accuſans illū iprobe. Sā
ctus vir dei rñdit. Fateor nō ſū ego dign⁹ vt ꝑ
ꝓꝑijs merit obtinerē regnū celoꝝ.ſꝫ qꝛ dñs me⁹
ieſus duplici iure illō obtinet.ſ.hereditate patr
dī ⁊ merito paſſiōis. Ipē p̄mo iure.ſ.deitat ꝯtē
tus.alteꝝ.ſ.ius paſſiōis mihi donabit.ex q̄ iure
ei⁹ dono mihi illō vēdicare nō ꝯfūdor. Sicqꝫ il⸗
le inimic⁹.i.diabol⁹ ꝯfuſus.⁊ tot⁹ ille cōuēt⁹ de⸗
monū ſolut⁹ ē. Ex q̄ reuelatōe hꝫ ꝙ pctōr dū agat
pniaꝫ ſicut fecit ſ.Ber.vicꝫ q̄ntū tenet debitā ꝯtritōꝫ
ꝯfeſſiōꝫ ⁊ ſatiſfactōꝫ faciēdo ñ dꝫ deſpare.qꝛ lꝫ ta
lia ⁊ tāta bōa ñ mereret ex ſe:tn̄ mereret ex xp̄i paſ⸗
ſiōe ⁊ merit. Xp̄s em̄ dñs vt nob ſanitatē etnāꝫ
ꝓmereret īfirmari voluit vſqꝫ ad mortē ī cruce.
Itē vt nos agilitate dotaret fatigas corpal ꝯtui
tat ſuſcepit diſcurrēdo ꝑ p̄dicatōe.⁊ ſic de alijs.
Ut nos libraret ſe ỽuū ⁊ miſtꝝ diſciplꝫ hoīꝫ fe
cit.vt nos ſatiaret oī bono celeſti eſuriuit xp̄s et
ſitiuit.vt nos pulchrificaret ī glia ipē turpis vt
leproſus ī cruce extitit. Ut nob pacē etnā ⁊ ami⸗
ciciā dī ac āgeloꝝ acqreret poſuit ſe in odia hoīꝫ
⁊ ꝑſecutōes ſufferēdas ac paſſiōes. Itē vt nob ſa
pietiā p̄ſtaret p̄dicauit fidē ⁊ docuit ad illūinan
dū.vt nos īpaſſibiles faceret vulnera ipē ꝑ nob
ſuſcepit.vt nos ſctificaret penas pctōꝝ nr̄oꝝ ple
ne exoluit.vt nos ſuſcitaret ad iuuētutē ⁊ poten
tes ac glioſos faceret:letificaret:ac ſecuros ꝑpe⸗
tuo redderet ipē ī iuuētute igminioſaꝫ mortē la⸗
tronū ī cruce triſticias ⁊ flet⁹ ac pauores ꝑtulit.

O ꝑ xpiane age grās xpo q̄ talia p te paſſus ē vt celeſtia bōa p̄dicta tibi acq̄reret. ¶ Exēpluꝫ ſcōm ⁊ tribile ꝯ malos legit̄ in li. q̄ dr̄ Uiridari9 ⁊ narrat Meffret in ſuis ſmōibꝫ. q̄ q̄daꝫ nobil' erat mōi amatoꝛ ⁊ paupeꝝ oppſſoꝛ. nec celeſtia bōa deſiderās. nec iſernū timēs: ſꝫ tot9 vitioſus. Qui q̄dā vice dū q̄eſceret in lecto: camerari9 ſu9 iacēs añ camerā rapit̄ in viſiōe q̄ vidit dñm ſuū accuſari añ tribūal dī de oībꝫ ſuis mal'opibꝫ et ſñiaꝫ accipe dānatōis. Demōes aūt tripudiādo ducētes illū ad luciferꝝ. q̄ dedit illi oſculū d. Nō ſit tibi par in ꝑpetuū. Ad demōes ait. Jſte cōſueuit balneari: ducite eū ad balneū: ⁊ mor piect9 ē in ignē maximū. ⁊ fūdebāt ſup eū picē ⁊ ſulphur ardētē. Jnde educt9 poſit9 ē in lecto ſtrato ꝟmibꝫ ⁊ tinea. Tūc lucifer dixit. Date ei bibere. Et ppinat9 ē illi pot9 veneni ſulphure cōmixti. Qui dū clamaret. ſufficit lucifer dixit. Audire conſueuit ſymphonias. ſurgāt ſymphōiaci. Tunc duo demōes cū trūpetꝭ igneis ignē ſufflauerūt in eū tā fortit̄ vt de ocl'is illi9: naribꝫ ⁊ de oꝛe flāma erūperet. Tūc lucifer ait. Adducite eū ad me. Quo adducto ille dixit. cāta. Jlle rn̄dit. Quid cātabo niſi maledictōꝫ. Maledicta dies q̄ nat9 ſū. maledicti pr̄ ⁊ mr̄ q̄ me genuerūt. maledictū celū ⁊ deus ⁊c̄. Lucifer ait. h̄ ē qđ volui vt deū maledicêres. iā ducat̄ in locū ſuū ꝑpetuū. ⁊ piect9 ē in puteū ignis. Factuſq3 ē talis ſtrepit9 ac ſi tot9 mūd9 caderet. Ad quē ſtrepituꝫ euigilās camerari9 cucurrit ad camerā ⁊ dñm ſuū mortuū inuenit Narrata igit̄ viſiōe oꝛdinē itrauit ⁊ penitentiaꝫ egit. Rogem9 ḡ dñm ⁊c̄.

Dñica tertia poſt Paſca Sermo pm9 iuxta euāgeliū de q̄litate ⁊ gaudio vite future.

# Modicū et iā non

videbitꝭ me: ⁊ iteꝝ modicū ⁊ videbitis me qꝛ vado ad pr̄eꝫ Joh. xvj. ⁊ in euāg. ho. Scim9 chariſſimi q̄ xp̄s dñs ſe totū p nob̄ i cruce obtulit i ſacrificiū. ⁊ ſic etiā totā vitā dedit nob̄ i exēplū imitādi ad ſalutē. Hodie ḡ eccl'ia ꝑponit nob̄ euāgeliū quō xp̄s p̄dixit diſcipul' triſticiā quā habituri eēnt i ſua paſſiōe. ⁊ tādē gaudiū in ſua reſurrectiōe ⁊ aſcēſiōe vt doceret q̄ ſic xp̄s ꝑ vitā triſticia ⁊ tribl'atōibꝫ plenā ac ꝑ amarā paſſiōꝫ ꝑuēit ad gl'iaꝫ reſurrectōis: ita nos xp̄ianos ꝑut dic̄ Apl's. Act̄. xiiij. per ml'tas tribulatōes op3. in. i re. dī: ac ꝑ triſticiā pñie. Uñ Ber. Uolue ⁊ reuolue totā vitā xp̄i nil iuenies niſi tribulatōes ⁊ ſtigīa paſſionū. hāc vitā ſuis electis xp̄ianis in mōo reliq̄t vt ꝑ pñie fletū ⁊ triſticiā ꝑueniāt ad celeſtē leticiā. de q̄ loq̄t̄ h̄ euāgeliū qđ textualiter hic ponam9. Text9

Jn il. t. d. i. d. ſ. Modicū ⁊ iā nō videbitꝭ me. ⁊ iteꝝ modicū ⁊ videbitꝭ me qꝛ vado ad pr̄eꝫ. Dixerūt ḡ diſcipl'i ei9 adinuicē. Quid ē h̄ qđ dic̄ nob̄: modicū ⁊ iā nō videbitꝭ me: ⁊ iteꝝ modicū ⁊ videbitꝭ me ⁊ qꝛ vado ad pr̄eꝫ. Dicebāt ḡ. q̄d ē h̄ q̄ dic̄ nob̄ modicū: neſcim9 q̄d loq̄t̄. Cognouit aūt ieſ9 q̄ volebāt eū īterrogare ⁊ dixit eis. De h̄ q̄ritꝭ inter vos qꝛ dixi modicū ⁊ nō videbitꝭ me ⁊ iteꝝ modicū ⁊ videbitꝭ me. Amē amē dico vob̄. qꝛ plorabitꝭ ⁊ flebitꝭ vos. mūd9 āt gaudebit. vos āt cōtriſtabimini. ſꝫ triſticia vr̄a ꝟtet̄ i gaudiū. Mlier cū parit triſticiā h3 qꝛ vēit hora ei9. cū āt peperit puerū iā nō meminit p̄ſſure ꝑpt̄ gaudiū qꝛ nat9 eſt hō i mōꝫ. Et vos ḡ nūc triſticiā habetꝭ. iteꝝ āt videbo vos ⁊ gaudebit coꝛ vr̄ꝫ. ⁊ gaudiū vr̄m nēo tollet a vob̄. Hec Joh. xvj. ¶ Juxta h̄ euāgeliū ſm q̄ in eo pcipue iſinuāt̄ tria notem9 p h̄ ſmōe tria myſteria.

Primū de bonoꝝ pñti triſticia, qꝛ dr̄. Plorabitis ⁊ flebitis.

Scōm de electoꝝ celeſti leticia: cū dr̄. Triſticia vr̄a ꝟtet̄ in gaudiū.

Tertiū d̄ gaudioꝝ felici excellētia: cū dr̄. Gaudebit coꝛ veſtꝝ.

Circa pmū d̄ triſticia bonoꝝ in pñti. qđ. ſ. xp̄s in h̄ euāgelio iſinuauit. Uñ dr̄. Jn illo tp̄e. vicꝫ i vltia cena p9 receſſū iude faciēdo ſmonē ad diſcipl'os. tūc xp̄s dixit eis. Modicū ⁊c̄. Jn q̄bꝫ ꝟbis xp̄s p̄nūciat tria tp̄a vel articl'os fidei ſꝫ Alchuinū ⁊ Chryſ. Lyrāq3 recolligēdo breui9. Primo p̄nūciat tp̄s ſue mortꝭ. iō dic̄. Modicū ⁊ iaꝫ nō vi. me: h̄ ē iā iſtat tp̄s modicū q̄ me nō videbitꝭ. ſ. ꝑ triduū mortꝭ mee. Scđo p̄nūciat xp̄s tp̄s reſurrectōis vſq3 ad aſcēſiōꝫ. iō addit. Et iteꝝ modicū ⁊ vi. me. Nā poſt reſurrectōꝫ appꝑuit eis ⁊ viderūt eū ſepi9 vſq3 ad tp̄s aſcēſiōis. Sꝫ hoc fuit modicū. qꝛ ſolū vſq3 ad. xl. dies. ⁊ nō ſp vel q̄tidie videbant ſꝫ rari9. ⁊ q̄n appebat eis modicū cuꝫ eis ꝑmanebat ⁊ ab oculis illoꝝ ſe abſentabat. Tertio p̄nūciat tp̄s aſcēſiōis cū ſubdit. qꝛ vado ad pr̄eꝫ. q. d. Ex eo tp̄e q̄ aſcēdā ad pr̄eꝫ nō videbitis me ampli9 cōiter loq̄ndo niſi in generali reſurrectōe q̄n videbit eū oīs ocul9 ⁊ q̄ eū pupugerūt Apocꝭ. j. Naꝫ ab h̄ tp̄e aſcēſiōis xp̄i nō appet xp̄s in mūdo corꝑalit̄ ⁊ viſibilit̄ in ꝓpria forma: ſc3 de lege cōi. q̄uis aliq̄bꝫ ex ſpeciali grā ⁊ raro appꝑuit ⁊ appere p̄t q̄n vult: vt btō iobi q̄n ipm euocauit ex h̄ mūdo. ⁊ btō petro de roma fugiēti. Cui dixit. Uado romā iteꝝ crucifigi. ſ. i mēbꝭ. Uñ petr9 rediīt romā ⁊ crucifix9 ē. Jtē btō paulo q̄n dixit. Quid me pſeq̄rꝭ: ego ſū ieſus nazaren9 Act̄. ix. Jtē appꝑuit etiā b. frāciſco i ſpē ſeraph q̄n dedit ei ſtigīa paſſiōis. Uñ eccl'ia cāit Ad quē venit rex e celo amictu ſeraphico. Et iteꝝ. Cernit̄ uus redēptoꝛ ē paſſū ipaſſibilē ⁊c̄. Sꝫ q̄n diſcipuli p̄dicta ꝟba xp̄i ñ itellexerūt. iō volētibꝫ eū de h̄ dicto īterrogare dixit eis exponen̄. Amē amen dico vob̄ qꝛ plo. ⁊ fle. vos. q. d. ſm Ly. Per illō qđ dictū ē Modicū ⁊ iā nō vi. me: itelligit̄ tp̄us paſſiōis mee vſq3 reſurrectōꝫ in q̄ plorabitꝭ ꝑpt̄ meā abſenciā ⁊ mortē. mūd9 āt gaudebit: h̄ ē mūdialit̄ viuētes: vt iudei q̄ gauiſi ſūt credētes ſe extixiſſe totā fidē xp̄i. Sꝫ triſticia vr̄a ꝟ. i gau. q. di. h̄ ē qđ dixi. Et iteꝝ mod. ⁊ vi. me. qꝛ vob̄ appebo p9 reſurrectōꝫ ⁊ ꝯſolaboꝛ vos viſiōe reſurrectōis mee gl'ioſe ⁊ aſcēſiōis q̄ vado ad pr̄eꝫ. Exēplū ap

plicauit xp̄s dicēſ. Mlier cū parit triſticiā hab3
zc̄. Spūal'r. xp̄s p̱ mlierē pariētē deſiguit eccl'ia3
ſ3 Lyrā z etiā fidelē aia3. q2 ſic mlier pariēs ſub
obediētia ē viri z fecūda. ſ3 illō Gen̄. iij. Sub vi
ri ptāte eris zc̄. Sic eccl'ia z qlib3 fidel' aia ſub ſi
de xp̄i z obediētia eē d3 vt ſit fecūda bonoꝝ ope/
rū. Hec i pn̄ti h3 triſticiā dū parit filiū. i. op9 me
ritoriū vite eterne. q2 tale fit cū triſticia lachryma
rū pn̄ie z cū difficultate v'tuoſe arduitatiſ. Unde
phs. ij. eth. dic̄ q' v't9 ē circa difficillia. Et. iiij. eth.
ſubdit. q' meli9 ē mori q̄3 ꝯ bonum v'tutiſ agere.
S3 dū peperit pſeuerādo i futo tantū gaudebit
q' nō meminit pſſure zc̄. Un̄ ſubdit xp̄s. Et vos ĝ
nūc triſticiā habetiſ. iteꝝ āt videbo vos. ſ. i gl'ia re
ſurrectōis. z gau. zc̄. D Ex p̄dictiſ documē/
tū accipit q' ois xp̄ian9 q̄ vult p̱uēire ad gaudiū
celeſte deb3 cū ſctis i pn̄ti triſtari z plorare. z p̄ci

Prim9 flet9 de p̄teritiſ pctis (pue de q̄tuor.
Scd̄s fletus de multis p̱iculis
Terci9 fletus de acerbis xp̄i penis
Quartus fletus de dilatōe gl'ie celeſtis

Prio dēm9 plorare exēplo ſctōꝝ de p̄teritiſ pctis
ꝓpt̄ q. ſ. pctā nr̄a etiā ipe xp̄s fleuit z paſſus ē. Et
ipa pctā nr̄a ſūt cauſa oim miſeriaꝝ nr̄aꝝ. Un̄
ps. Exit9 aq̄ꝝ deduxerūt ocl'i mei q2 nō cuſt. le.
tuā. Dic Jordan9 mgr̄ theologie i ſuis poſtill'
dic̄. O ſi pctōr aduerteret mala q̄ p̱ pctm̄ icurrit
vtiq3 fleret i pn̄ti ne flēdi materiā h'ret i futo. Cir
cūſpice vndiq3 o tu pctōr z iuēies dāna q̄ p̱ pctm̄
ex oi p̱te icurriſti. Si reſpiciſ ſurſū iuēies tibi deū
offenſū z celū clauſū. Si deorſū ifernū ap̱tū. A
dextriſ ꝯſortiū bonoꝝ p̱ditū. a ſiniſtriſ ꝯſortiū de/
monū effectiuū an̄ te mortiſ dānabil' p̱iculū. p9
te cruciatū eternū. Hec ex Jordano J Scd̄o
plorare dēm9 exēplo ſctō de multiſ p̱icul' tā anie
q̄3 corp̱is. adeo q' ſic̄ p̱ Gratianu3 ſcribit de pe.
di. ij. c. p̄ncipiū. Ois creatura ſub vicio ē. Sācti
igit carētes ꝓprijs pctis adhuc flēt h' ō aliēis cō/
patien̄. p̱ditōi illoꝝ. Sic btūs Amb. cū audiſſet
pctm̄ alic9 i ꝯfeſſiōe adō fleuit vt illū ſecū flere cō
pelleret. Et q̄dā ſctūſ vt legit i vitaſpa. cū vidiſſ3
ornatū curioſū cuiuſdā mlieris flēs dixit. Jgſce
mihi oipotēs de9 igſce mihi. Jnterogat9 de cā fle
tus dixit. Due res me mouēt. vna ō iſti9 mlieriſ
p̱ditōe i aia. alia ō mea remiſſiōe. q2 nō adhibui
tātū ſtudiū placēdi ōo q̄ntū h3 iſta ſe ornādo ad
placēdū carnalib' z diabolo. Tercio plorare
dēm9 ſup̱ acerbis xp̄i penis. ſic̄ z diſcipul' xp̄s di
xit i h' euāg. Plorabitiſ z flebitiſ. ſ. p mea paſſiōe z
morte vt patuit. Et nos h' dēm9 facere ꝓpt̄ tria.
Prio q2 ipe xp̄s ſepe fleuit i h' mundo p nob vt
nos ab eterna morte z penis gehēne ſaluar3. Se
cūdo q2 ipe ꝓpt̄ iniq̄tates nr̄as paſſus ē. Tercio
q2 flet9 tal' i nob accēdit amorē z iducit deuotōe3
K Exēplū. Areſt. de ſomno z vigilia dic̄. Oē
aial habēs ſanguinē hab3 cor. carēs aūt ſāguie
caret corde. Et idē dic̄ q' oē aial habēs ſanguinē
mouet z vigilat z dormit. Sic ſpūal'r ois hō q̄

ſanguinē. i. ſanguis xp̄i mēoriā hab3 tal' h3 cor
feruidū i amore. Nā ſ'm p̄hm ſāguis decurrenſ
ad cor accēdit ip̄m amorē. ibi em̄ ē fons amoris
Jō ſi cor tuū repleat z obuoluat ſanguie xp̄i ca
lido p̱ ꝯpaſſiuā recordatōe3 accēdit cor tuū i dei
amore. z ſic tal' hō habēs ſāguie3 xp̄i i ſuo corde
mouet ad bona op̱a. vigilat ꝯ oia vicia z diabo
lica tēptamēta. z dormit dulcit' q̄eſcēdo i ſecuri/
tate ꝯſcie z ꝯtēplatōe diuia. S3 q̄ caret ſanguie.
id ē ſanguis xp̄i mēoria caret hmōi bonis ſpūa/
lib'. Quarto flere dēm9 ſup̱ dilatōe gl'ie celeſtiſ
Un̄ pſ. Sitiuit aia mea ad deū fōtē viuū q̄n ve
niā z app̱ebo an̄ faciē dei. Fuerūt mihi lachrie
mee pa. die ac nocte. Sic d3 z hō xp̄ian9. Et ad
hec ponam9 exēpla naturalia. Solin9 em̄ li. de
miracul' mūdi z etiā Amb. i examerō dicūt q' ci/
gnus dū viuit iugit' gemit z ꝯtriſtat. cū ſentit ſe
mori canit z letat. Leo v'o dū viuit ſup̱b' ē: ſed
moriēs vbrime plorat. Sic hō iuſt9 tāq̄3 cignuſ
alb' q2 mūd9 a pcti nigredie gemit i p̄ſeti p p̄di/
ctiſ ſ3 letat i morte p retributōe celeſti. S3 pctōr
ſup̱bit i pn̄ti ſic̄ leo. ſ3 i morte plorare h3 q2 dā/
nabit. O ĝ pctōr ꝯuertere ad pnīe fletū. fac p̄di/
L Circa ſcd̄m ō electoꝝ celeſti (cta z viues
leticia. ex q̄ xp̄s dixit q' triſticia coꝝ v'tet i gaudi
um Queſtio occurrit ō q̄litate gaudij z leticie ce
leſtiſ. Vtꝝ illa leticia vite future electiſ dāda ꝯſiſtat
in bōis carnalib' aut mūdialib' i vita iſta ōſide
rabilib'. Nā q2 xp̄s i h' euāg. exēplū poſuit ō mu
liere pariēte cui9 triſticia part9 v'tit i gaudiū na/
tiuitatiſ p̱liſ. poſſet credere alıq̄ q' vite future leticia
ꝯſiſteret i carnalib' bōis z hmōi poſſeſſiōe. ſ. vxo
rū ac filioꝝ z diuitiaꝝ zc̄. Sic q̄ppe credūt ſara
ceni z thurci. vt pat3 ex alcharano machometi.
Sil'r z iudei expectāt futurā reſurrectō3 ad vitā
carnalē. z iō leticiā z felicitatē vite future credūt ꝯſi
ſtere i bonoꝝ t̄palīū pleītudine gl'iaq3 mūdiali
z honore ac paciſ trāq̄llitate. vt notat hec p̱ Ly. i
poſtil. ſup̱ Job. xvij. Heu heu q̄t ſūt nūc etiā xp̄i
ani i talib' ſpe3 ponētes. S3 q' nıl tale. ſ. carnale
vl' mūdanū erit i futa vita xp̄s dn̄s i h' euāg. ſa
tis inuit cū poſito exēplo p̄dicto ſubiūxit ō ſpūa
li exēplo di. Jteꝝ āt vide. vos z gau. cor. ve. q. d.
Gaudiū vi3 celeſte erit z ſpūale ō viſiōe gl'ie mee
z nō erit carnale. Jſtā āt q̄ſtiō3 clari9 ſoluit xp̄s
Lu. xx. ꝯ ſaduceos di. ſic. Hi q̄ digni hēbūt ſecl'o
illo z r̄ſurrectōe ex mortuis neq3 nubūt neq3 du
cūt vxores. neq3 ei vltra mori poterit. eq̄les ei an
gel' ſūt z filij dei cū ſint filij reſurrectōis. Hec ibi
Ex q̄b' v'bis xp̄i elicimus v'itates quatuor.

Prio q' illa vita futa erit ſctiſſima ſine oi af/
Scd̄o q' erit tāq̄3 āgelica ſi (fectōe carnali.
ne omni cibo z ſomno corporali.
Tercio q' erit tāq̄3 regia ſine ſubiectōe ſuili.
Quarto q' erit dō pleīſſima ſine oi amore mū
diali. z ſic p3 q' ō t'lib' bōis ſūme gaudebūt bti

Pria v'itas q' vita futa erit ſctiſſima ſine oi
affectōe carnali. Jō xp̄s dic̄ vbi ſup̱ q' neq3 nu/

bũt neq̃ nubũt. M Sꝫ hic q̃ri poſſet q̃re
deꝰ noluit i futura vita fieri ꝯiugia vnq̃ꝫ in ꝑpe
tuũ. Rñdet̃ ſm doct. ꝙ huiꝰ vna rõ ẽ imortalita
tis quã xp̃s tãgit ibidẽ ſubdens. Neq̃ꝫ em̃ vltra
mori poterũt. q. d. ſm Aug. Ex q̃ i hac vita mul/
ti moriũt̃ optet ꝙ m̃lti naſcãt̃ ⁊ ſuccedãt ꝗ ſi nul
lus hõ moreret̃ nõ opteret naſci ⁊ ſuccedere. In
futuro aũt oẽs ſunt imortales. g̃ nõ optet ibi ali
quẽ naſci. ⁊ ꝑ ꝯñs nec ꝯnubia fieri q̃ nõ niſi ꝓpt̃
filios ſũt. Alia rõ. qꝛ ſꝫ pħm. j. ethic. vita carna/
lis ẽ vita pecudũ. Sꝫ felicitas nõ cõſiſtit i his q̃
habemꝰ cõia cũ beſtijs: vt idẽ dic̃. x. ethicoꝝ. g̃ p il
lo ſtatu q̃ bruta ⁊ corruptibilia nõ erũt nõ decet
fieri vitã beſtialẽ. Vñ ⁊ Auicẽ. q̃ fuit de ſecta ma
chometi i h̃ ipm ſic ſentiẽtẽ rep̃hẽdit: vt ptꝫ ex Ly
ra ſup Iob. Tertia rõ. qꝛ m̃rimoniũ iſtitutũ
ẽ a dõ vt nũerꝰ electoꝝ ex hoib9 naſcẽdis i matri
monio cõpleat̃. Sꝫ h̃ fiet añ iudiciũ. ſ. ꝙ iplebit̃
nũerꝰ electoꝝ. g̃ poſt iudiciũ nõ erit opꝰ ꝯiugio.
Sꝫ di. q̃d g̃ erit de obligatõe iuramenti q̃ ſe mu
tuo ꝯiuges obligauerũt. Rñdet̃ ꝙ ſtatĩ i mor/
te diſſoluit̃ vt exp̃ſſe dic̃ Apl̃us. j. Cor. vij. Vñ ſi
etiã mortuꝰ i p̃nti ſuſcitaret̃ ſic lazarꝰ nõ tenet̃ vx
orẽ eidẽ ꝯiũgi niſi iterũ fidẽ mutuo p̃ſtẽt ꝯtrahẽdo
Ptꝫ g̃ ꝙ in futuro ñ erit aliq̃ affectio carnal̃ nec ad
vxorẽ nec ad poſteritatẽ vel filios ⁊c̃. Scd̃a vi
tas ꝙ vita hoim futura erit tãq̃ꝫ angelica ſine oi
cibo ⁊ ſõno corꝑali. ꝓpt̃ea xp̃us dic̃ vbi s̃. Eq̃les
em̃ ãgelis ſũt. Angeli q̃ppe nil tale req̃rũt. qꝛ hu
iuſmõi ꝑtinẽt ad vitã beſtialẽ. Nã pħs dic̃ de ſõ/
no ⁊ vigilia. ꝙ i dimidio t̃pis. ſ. q̃ dormimꝰ non
differimꝰ a beſtijs. q̃m hõ dormiẽs nõ vtit̃ rõne
Itẽ ſi in futuro eẽt ſõnꝰ minueret gl̃iam i btis et
etiã penã in dãnat̃. ſic̃ ⁊ de guſtu patuit dñica p̃
cedẽti. Sꝫ di. nũq̃d g̃ bti fatigabũt̃ ꝑpetuo labo
re vigilie. Rñdet̃ ꝙ nõ. qꝛ erũt in corꝑe ipaſſibi/
li. Sic̃ ei ãgeli ꝑpetuo vigilabũt i laudãdo deũ
nec fatigabunt̃: ſic ⁊ bti. O g̃ q̃ꝫ mirabilis deꝰ in
ſctis. o hõ lauda deũ vt leteris i celo. Tertia vi
tas ꝙ vita futura erit tãq̃ꝫ regalis ⁊ digniſſima
ſine oi ſubiectõe ſuili. Iõ xp̃s vbi s̃. addit ꝙ filij
dei erũt Ro. viij. Si filij ⁊ heredes. heredes q̃dez
di. coheredes ãt xp̃i. Vñ ipi bti i celo nulli ſube/
rũt niſi ſoli dõ. nõ tãq̃ꝫ ſui ꝓprie: ſꝫ vt filij. N
Vñ ſi q̃rat̃. vtꝝ i futura vita aliq̃ creatura p̃ſide
at ⁊ dñet̃ alteri. Rñdet̃ ſꝫ ſcp̃turas ⁊ doct. recol
ligẽdo breuit̃. ꝙ loq̃ndo d̃ btis licꝫ i eis erit ordo
deitatis. qꝛ martyr reſurgꝫ vt martyr. apl̃s vt apo
ſtolꝰ. v̓go vt v̓go. vidua vt vidua. ⁊ ſic de alijs.
iuxta illd̃. j. Cor. xv. In xp̃o oẽs viuificabũt̃ vnuſ
q̃ſq̃ꝫ i ſuo ordĩe. ſ. dignitatis ſm Ly. Itẽ q̃ꝫuis etiã
ordĩes ãgeloꝝ remanebũt diſtĩcti q̃ꝫtũ ad gl̃ie p̃
eminẽtiã ſm hierarchias: tñ ex q̃ angelica cuſto/
dia circa hoĩes ceſſabit iõ qꝛ nõ erit nec̃aria: cũꝫ
iã tũc electi ſint i btitudine. ꝓpt̃ quã ꝯſeq̃ndã an
gelica cuſtodia fuit ordinata. Vñ p̃ſidẽtia ange
loꝝ in ãgelos q̃ ad h̃ ceſſabit. ſilr̃ ⁊ i hoĩes. iuxta
illd̃ Apl̃i vbi s̃. Deide finis cũ tradiderit xp̃s re/

gnũ deo p̃ri. Ly. id ẽ cũ fideles in q̃b9 xp̃s regnat
adduxerit ad aſpectũ claꝝ trinitatis. Seq̃t̃. Cũ
euacuauerit oẽꝫ p̃ncipatũ ⁊ p̃tatẽ ⁊ v̓tutẽ. Deni/
q̃ꝫ in celo nõ erit etiã p̃ſidẽtia aut dñiũ hoĩs i ho
minẽ. qꝛ h̃ inductũ fuit ꝓpt̃ pctm̃. Gen. iij. d̃ eua
ptꝫ. cui dictũ ẽ. Sb viri p̃tate eris. q̃ tñ facta fuit
ſocia. Et ſic ptꝫ ꝙ btis nullꝰ dñabit̃ niſi xp̃s deꝰ
⁊ dñs oim. Sꝫ loquẽdo d̃ demonib9 ⁊ dãnatis
Tho. ſup. iiij. di. xlvij. dicit ꝙ veriꝰ putat̃ ꝙ hoĩes
ſubijciet̃ ſm di iuſticiã demõib9 vt ꝑ eos ꝑpetuo
puniãt̃ q̃b9 ſe in vita iſta peccãdo ſubiecerũt. de
h̃ alibi latiꝰ. Ve g̃ pctõri. Quarta vitas ꝙ vi/
ta futura erit dõ pleniſſima ſine oi amore mũdi
ali. Iõ xp̃s vbi s̃. dicit addeñ. Cũ ſint filij reſur/
rectõis. ſm Bedã. h̃ ẽ gl̃ia reſurrectõis inouati.
ſine metu mortis. ſine vlla labe corruptõis. ſine
vllo t̃reni ſtatꝰ actu vel amore. ꝑpetua dei viſio/
ne plene fruũtur. Hec ille. Proinde beati nil bo
nũ t̃pale cupiũt. Rõ huiꝰ ſꝫ Ly. ſup Iob. xvij. c.
qꝛ btitudo hoĩs ꝯſiſtit i ꝯiũctõe. ſ. ꝑ amorẽ. ⁊ ad/
eptiõe ipiꝰ ſũmi boni ⁊ p̃mi ꝑ aptã viſionẽ ⁊ frui
tõnẽ amoris. Iõq̃ꝫ nõ p̃t ꝯſiſtere in ꝯiũctõe ad ali
qd̃ bonũ t̃pale amãdo aliq̃d alid̃ p̃ter deũꝫ. Vñ
claret ꝙ btõꝝ leticia nõ ẽ in voluptate carnali. ſi
cut h̃ letant̃ hoĩes carnales nec in delitijs nec in
dignitatib9 mũdanis ſic̃ ẽ h̃ i ambitioſis. nec in
honorib9 vel fama noĩs. nec in diuitijs aut bo/
nis t̃palib9 ſic̃ ẽ h̃ apd̃ auaros: ſꝫ ẽ in ſolo deo q̃
ẽ oẽ bonũ. ⁊ ipẽ ẽ oĩa in oib9 vt d̃t Apl̃s. ⁊ ſic i oi/
bus in q̃b9 bti gaudẽt deꝰ ẽ ſũmũ gaudiũ coꝝ vt
O Circa tertiũ de excellẽtia (patebit infra.
gaudij celeſtis aduertẽdũ breuit̃ ꝙ xp̃s dñs in h̃
euãgelio q̃nq̃ꝫ p̃cipua iſinuat de gaudijs celeſti
bus. ꝓpt̃ q̃ q̃dlibꝫ etiã minimũ gaudiũ celeſte p̃
cellit iproportionabilit̃ oĩa gaudia huiꝰ vite.
Primũ qꝛ illd̃ celeſte gaudiũ ẽ d̃ viſiõe creato/
ris oim. Vñ d̃t. Iterũ videbo vos. In q̃ notat̃ vi
ſio xp̃i di gl̃ioſiſſima. Gaudiũ em̃ mũdi ẽ d̃ crea
turis. ſꝫ gaudiũ celeſte erit de viſiõe ⁊ fruitõe ſũmi
di q̃ in ifinitũ excedit oĩa creata. Vñ Berñ. ſup
Cañ. d̃t. Reuera illd̃ ſolũ ẽ verũ ⁊ ſolũ gaudiũ qd̃
ñ d̃ creatura ſꝫ d̃ creatore ꝯcipit̃. qd̃ cũ poſſederis
nemo tollꝫ a te. Cui cõꝑata oĩs aliũde iocũditas
meror ẽ. oĩs ſuauitas dolor ẽ. oẽ dulce amarũ. oẽ
decoꝝ fedũ. oẽ poſtremo qd̃ delectare poſſit mo
leſtũ ẽ. O vita ſup vitas btiſſima. o p̃ria feliciſſi
ma. o vtinã moriat̃ aĩa mea morte iuſtoꝝ vt ꝑ
ueniã ad illd̃ gaudiũ btõꝝ. Scd̃ꝫ ẽ ꝙ illd̃ gau
diũ erit gemiatũ ⁊ ꝑfectũ ac oi bono plenũ. Erit
em̃ in aĩa ⁊ corꝑe toto gl̃ioſo. Iõ ad h̃ ſignifican
dũ xp̃s dixit. Iterũ. qd̃ notat pluralitatẽ. Sꝫ gau
diũ mũdi ẽ ſolũ corꝑis gaudiũ ⁊ nõ aĩe. Nã Pro
uer. xiiij. ſcribit̃. Riſus dolore miſcebit̃. Ly. ꝓpt̃
remorſũ ꝯſcientie d̃ pctõ. ⁊ extrema gaudij luctꝰ
occupat ſcꝫ iferni. Tertiũ ẽ ꝙ illud gaudiũ erit
itrinſecũ. Vñ dic̃. Gaudebit cor veſtrũ. Sꝫ gau
diũ mũdi extriſecũ ẽ. qꝛ nõ gaudet de bonis aĩe
itriſecis. ſ. de amore di ⁊ gr̃a ac v̓tutib9. ſꝫ de extri/

ſecꝫ.ſ.obiectis ſenſuū viſus audit⁹ guſt⁹.ꝛ ſic de
alijs.ꝛ de pctis q̄ ſūt ꝯtra naturā. ¶ Quar
tū ē ꝙ illō gaudiū celeſte ē nr̄m ꝓpriū. iō xp̄s dic̄
Gaudiū vr̄ꝫ. Sꝫ gaudiū mūdi nō ē ꝓpriū nr̄m.
q2 ē de reb⁹ mūdi q̄ nō ſūt nr̄a.q2 nec auferre no
biſcū poſſum⁹ i morte: vt dicit Bern̄. Proinde
etiā Boe.dic̄. Lux ꝛ pulchritudo gēmaꝝ nō ē de
ferētiū ſꝫ ē ipaꝝ gēmaꝝ: ſic ꝛ pulchritudo auri ē
auri.gaudiū ꝗ̄ de talib⁹ extraneū eſt hoi. Ulti
mū ē.q2 gaudiū illō celeſte ē ꝑpetuū.iō xp̄s dicit
Nemo tollet a vobis.ſꝫ gaudiū mūdi cito ꝑit.j.
Job.iiij. Trāſit mūd⁹ ꝛ ꝯcupiſcētia ei⁹. Propte
rea Aug.in ſer.q̄dā dic̄. Nulla maior hoim inſa
nia.nll'a maior heu ſtulticia q̄ꝫ ꝓ delectatōe mo
mētanea ꝑdere et̄na ꝛ īdicibilia gaudia.ꝛ ſe ob/
ligare ad et̄na tormēta. Exēplū narrat diſcipu/
lus in ꝓmptuario.ꝙ q̄dā mōach⁹ ciſtercien̄.or/
dinis nōdū ꝓfeſſus tēptabat̄ vt exiret de ordine
Apparuerūt aūt eidē pr̄ ꝛ mr̄ ei⁹ q̄ iā an̄ erāt d̄fū
cti ꝛ diſſuadebāt ſibi exitū. R̄ndit ille ꝙ nō poſ/
ſet aſꝑitatē p̄nie in ordīe portare illo. Mr̄ ait. et
quō vis portare penaſ iferni. Uis expiri aliq̄d d̄
eis. Et ille. Sic. Et ecce factus eſt ſonus porcoꝝ
terribilis adeo ꝙ viſum ē ei ꝙ celū ſcinderet̄ ꝛ ca
put ei⁹ diſſcinderet̄ in vlulatu ꝛ gemitu ve et ve
clamātiū.ꝛ cū deficeret ceſſauit. Et mr̄ ei⁹ cōfor/
tās di. Uis aliq̄d de gaudijs celi audire. Et ille.
Sic. Et ecce cāt⁹ dulciſſim⁹ ꝑcellēs oēꝫ dulcedi/
nē muſicoꝝ vt ſuꝑ oīa miraret̄. Tūc mater ait.
Si vis ꝑuenire ad gaudia illa celeſtia ꝛ euade/
re tormēta inferni ꝑſeueres in p̄nia.ꝛ ſic diſꝑuit.
illeq̄ꝫ ꝑſeuerauit.

De eadē dn̄ica Sermo ſecūdus vicꝫ de gau/
dioꝝ celeſtiū multitudine.

T Riſticia veſtra
verter̄ i gaudiū. Uerba ſūt xp̄i Joh.xvj
ꝛ in euāgelio ho. Xp̄s dn̄s volēs nos
īduceret vt ad celeſtia gaudia d̄ valle miſiaꝝ feſti
naremꝰ ꝓpōit ſil'i h̄ euāgelio ꝛ v̄bis hui⁹ thema
tiſ tā modū facili⁹ ꝑueniēdi q̄ꝫ etiā ipi⁹ p̄mij gau
diū. Ut em̄ Gre.ait. Cōſideratio p̄mij.ſ.celeſtis
minuit vim flagelli. Facil' ei fit hoi labor ꝓ amo
re p̄mij. Modū igit̄ docꝫ cū dic̄. Triſticia vr̄a: h̄
ē p̄nie vere cōpūctio req̄rit̄ ad ꝯſeq̄ndū gaudiū
celeſte.ſic̄ ꝛ Mat.iiij.ideꝫ xp̄s ait. Pniam agite
ap.em̄ re.ce. Et ꝛ Mat.v. Bti q̄ lugēt q̄m ipi ꝯſo
labūt̄. Et h̄ ꝑt poni ꝓ alio themate hui⁹ ſ̄mōis.
Deniq̄ꝫ p̄mij gaudiū ꝓmitten̄.ſubdit. Uertet̄ in
gaudiū. Nā pſ̄.dicēte. Scd̄m m̄ltitudinē dolo
rū meoꝝ (inq̄t) ꝯſolatōes tue dn̄e leti.a.m. Nec
on̄dūt̄ ex euāgelio. Itaq̄ꝫ erḡ i h̄ euāgelio fit ſpe
cialis mētio d̄ gaudio reſurrectōis xp̄i ac future
p̄ſe.idcirco i h̄ ſ̄mōe agem⁹ d̄ ipo gaudio celeſti
electoꝝ.q̄d erit potiſſime poſt reſurrectiōeꝫ gene
ralē. De q̄ tria myſteria declarabim⁹ ꝑ h̄ ſ̄mōe.
Primū d̄r gaudiū gl'ie ſubſtātialis.

Scd̄m d̄r gaudiū gl'ie ꝛ ꝯſubſtātialis.
Tertiū d̄r gaudiū gl'ie accidētalis.
¶ Circa myſteria iſta ꝯſiderāda p̄mittēdo
vt nouerim⁹ nr̄os oc'los mētiſ ad ꝯtēplādā gl'iaꝫ
ꝑadiſi eleuare ac deſideriū noſtrū accēdat̄ ad ac/
q̄rēdū eā: notādū ſ̄m theologos doc.ſuꝑ.iiij.di.
xlix.ꝙ tota celeſtiſ btitudo ꝛ totū gaudiū btoꝝ cō
ſiſtit p̄ncipal'r i triplici gl'ia: veluti corona. Pri
mo i gl'ia ſubſtātiali vel eēntiali q̄ ē gl'ia aīe i dei
tatiſ viſiōe fruitōe ꝛ tētōe. Et h̄ vocat̄ aurea corōa
q2 ſic auꝝ p̄cioſi⁹ eſt ſuꝑ oīa alia metalla ꝛ p̄ful/
gidū ac rubicūdū ex ꝗ̄ fit corona regib⁹ ꝛ regū fi
lijs. Sic iſta gl'ia ꝛ ei⁹ gaudiū ſuꝑ oīa p̄cellit ꝛ p̄
fulget ꝛ debet̄ charitatiſ eēntialis rubedini q̄ da/
bit̄ oib⁹ ꝛ ſingul' btis ſ̄m ḡd⁹ ſuoꝝ meritoꝝ i ſi/
gnuꝫ regie dignitatiſ.q2 oēs ſūt reges ꝛ filij ſūmi
regiſ di regnātiſ cū d̄o ꝛ agno.i.xp̄o i ſecl'a ſeculo/
rū: vt d̄r Apoc̄.vl. Un̄ eccl'ia canit de btis illud
Ecci.xlv. Corōa aurea ſuꝑ caput e.exp̄ſſa ſig̃ ſā.
gl'ie ꝛ ho. Scd̄o ꝯſiſtit i gl'ia ꝯſubſtātiali.q̄ h̄r in
aſpectu gl'ioſe hūanitatiſ xp̄i q̄ ē īſtrumētū nos i
ducēs ad btitudinē p̄ncipalē.ꝑ quē.ſ.xp̄ꝫ oēs re
ſurgem⁹ ꝛ gl'ificabimur i corpe. Un̄ oīs gl'ia cor
poriſ d̄r gl'ia ꝯſubſtātial' q2 ad eū ꝑtinet. Proīde
xp̄s dixit Job.xvij. Hec ē vita et̄na vt cog̃ſcāt te
ſolū deū veꝝ: h̄ dic̄ q̄ ad gl'iaꝫ eēntialē. Subdit.
Et quē miſiſti ieſū xp̄m. h̄ q̄ ad gl'iaꝫ ꝯſubſtātia/
lē. Tertio ꝯſiſtit i gl'ia accidētali q̄ p̄cipue ꝯſiſtit
i aureolis trib⁹.ſ.v̄ginitatis martirij ꝛ p̄dicatio
nis ac etiā in p̄mijs oīm bonoꝝ opeꝝ.ꝛ oibus
alijs ſ̄m Richard.gaudijs de bonis creatis q̄/
rum multitudinē nūerare: vt Bern̄.dic̄ mūd⁹ n̄
ſufficit. Un̄ legit̄ fore reuelatū.put etiā narrat di
ſcipul⁹ i ꝓmpt.exē.ꝙ ſi totū celū eēt ꝑgamenū ꝛ
totū mare icauſtū.ꝛ tot ſcp̄tores q̄t ſūt oīa folia
arboꝝ toti⁹ mūdi ꝛ q̄t ḡmia cū oib⁹ hoib⁹ q̄ fuer̄t
ſūt ꝛ erūt i mōo m̄ltitudinē ꝛ immēſitatē p̄mij ꝛ
gaudij celeſtiſ deſcribere vl' exp̄mere nō ſufficerēt
Hec ibi. O ḡ de⁹ me⁹. o ieſu bōe q̄ntū deberem⁹
noſ te amare ꝓ tātiſ bōiſ. o et̄ne ꝛ magne de⁹ q̄ꝫtū
deberēt hoies ſe cauere a pctis ꝛ p̄niaꝫ agere ne
tot ꝛ tāta bōa amitterēt. O o q̄nta demētia hoiꝫ
mūdanoꝝ q̄ ꝓ modica ꝛ vili delectatōe ꝑdūt tā/
tā felicitatē.aliq̄ ꝓ vna pōpa ſuꝑbie.alij ꝓ auro
vl' auaricia.alij ꝓ luxuria.ꝛ ſic d̄ alijs.ꝛ ſic curr̄t
ad tormēta gehēne p̄cipitesſ. Sꝫ q̄m oīa ꝛ ſingl'a
gaudia celeſtia exp̄mere nō poſſum⁹ ſaltē gene/
ralit̄ aliq̄ h̄ ꝓponam⁹ q̄b⁹ alia īnūera p̄nt aliq̄l'r
cogitari. De oib⁹ p̄dictiſ trib⁹ myſterijs ſil' ꝓpt̄ ſim
plicē ppl'ꝫ ꝓſeq̄ndo: ſciēdū ē.ꝙ gaudia īdicibilia
hēbūt electi p⁹ r̄ſurrectōꝫ p̄cipue a.xij.ꝑtib⁹ q̄ p̄nt
diuidi i tres q̄rnarios.put alicui placebit.ſꝫ h̄ ſe
riatī pōem⁹ ꝓ capacitate iuxta l'raſ thaces ſiclo ſ
ꝛc. ¶ Primū gaudiū erit a trinitate ſūma i
deitate. Nā videbim⁹ deū ꝛ ſanctā trinitatē faciē
ad faciē. quō ſcꝫ de⁹ pr̄ ab eterno genuit filiuꝫ cō
ſubſtātialē.ꝛ fili⁹ gignit̄ ſp̄ a p̄re tāq̄ꝫ lumē de lu
mine: de⁹ ver⁹ de deo vero vt canit̄ in ſymbolo:

ac etiã quõ a p̄re ⁊ filio ſimul ꝓcedit ſpũſſanctꝰ.
Et de hoc ſcribit̃.j.Joh.iij.Scimꝰ qm̄ cũ appue
rit.ſ.deꝰ clara viſiõe in p̄ria ſiſ̃es ei erimꝰ. Lyra.
q: in ipm̄ q̄ntũ poſſibile ē erimꝰ transformati ꝑ
amorē.Seqt̃.Quia videbimꝰ eũ ſicuti ē:viden/
do ip̄m clare trinũ ⁊ vnũ. Hec Lyra. Itē.j.Coꝝ.
xiij.Videmꝰ nũc ꝑ ſpeculũ in enygmate. tũc aũt
facie ad faciē. Talis aũt viſio vt dic̃ Bern̄.non
põt fieri ſine maxima ⁊ indicibili delectatõe ĩ do
Dicũt em̄ doct̃.ꝙ viſio dei clara eſt tã delectabi/
lis ⁊ gaudioſa ꝙ ſi hõ a p̄ncipio mũdi vſq3 ad fi
nē pateret̃ ꝓ deo oēs paſſiões hoim̄:ignē:ꝟbera
tormēta ⁊ quecũq3 mala.vnicꝰ ſolꝰ cõtuitꝰ deita
tis ad ictũ oculi ꝓ oĩb3 illis ſatiſfaceret ⁊ p̄uale/
ret indicibiliter.Dicũt etiã ꝙ tãta ē delectatio ⁊
gaudiũ in dei viſiõe ꝙ ſi totꝰ mũdꝰ eſſet auro ⁊ p̄
cioſis lapidib3 plenꝰ ꝓ hoc toto vnꝰ beatꝰ ad ſo/
lũ ictũ oculi vnicũ nõ auerteret oculos vt deũ ĩ
tali inſtãti nõ videret.Deniq3 fortiꝰ dicũt ꝙ libē
ter ſuſcipent oĩa tormēta etiã gehēne ſi eēt poſſi/
bile inibi dei faciē h̄re.Et hec oĩa ſatis patēt ⁊ cõ
firmant̃ ꝑ aug.li.iij.de.lib.arb.vbi tãgit illð pſ̄.
Melior ē dies vna in atrijs tuis ſuꝑ milia.Cu
ius dicta vide ĩfra huiꝰ ſc3 dñice ſer.iiij.R.
Scðm erit ab hũanitatis xp̄i maieſtate.Na3
ibi ſũmũ gaudiũ erit videre aĩam xp̄i gr̄a ⁊ gl̄ia
deitatis plena q̃ tã pulchra ē ꝙ in eiꝰ decorē etiã
angeli deſiderãt ꝓſpicere:vt ſcribit̃.j.Pet.j.Ite3
gaudebũt videre p̄ſentialit̃ corpꝰ xp̄i gl̄ioſiſſimũ
qð illũinabit ſua gl̄ia totũ celũ:vt dic̃ doct̃.ſub/
tilis ſuꝑ.iiij.Deniq3 gaudebũt viden̄.xp̄m verũ
deũ ⁊ hoiē3 in ſũma maieſtate tanq3 regē regũ ſe
dentē ĩ dextra dei p̄ris. Vn̄ Eſa.xxxiij.Regē ĩ de
core ſuo videbũt. S Itē iuxta p̄dicta querit̃
quõ bt̃i videbũt deũ ⁊ xp̄m ieſũ.Vtꝝ nãq3 poſſit
deꝰ trinitas videri aut xp̄i diuitas oculo corꝑa/
li.Et rõ q̄ſtiõis ē.q: Job .xix.dic̃. In carne mea
videbo deũ ſal.m. Ad hoc rñdet̃ breuit̃ ſm̄ do/
ctores.ꝙ deꝰ ꝑ ſe etiã in celeſti btitudine in natu
ra deitat̃ nõ ē viſibilis ocl̓o corꝑali:ſ3 q̄dãmõ ꝑ
accidēs inq̄3tũ gl̄ia eiꝰ refulget in creatur̃.⁊ p̄ci/
pue h̄ erit in xp̄i hũanitate refulgēte gl̄a maieſta
tis.⁊ ſic dic̃ Job vbi ſuꝑ.ꝙ vic3 xp̄m deũ poſt re
ſurrectionē generalē. In carne(inq̄t)mea ſupple
exiſtēs.ſ3 nõ ꝑ organũ carnale videbit deitatē in
ſua natura.ſ3 ocl̓o corꝑali videbit corpꝰ xp̄i glo
rioſũ quē cog̃ſcet eē deũ. Tũ ex gl̄ia diuia in cor
pore refulgēte.Tũ q: aĩe bt̃e ocl̓i videbũt eiꝰ dei
tatē.Vn̄ Hiero.dic̃.ꝙ res ĩcorꝑalis ocl̓o corꝑa
li videri nõ põt etiã in celo.Rõ q: color ē ꝓpriũ ⁊
adeq̄tũ obiectũ viſus corꝑalis.ij.de aĩa.Nil ḡvi
det̃ oculo corꝑali niſi coloratu3 aut lucidũ luce
corꝑali.vn̄ ſolũ corpꝰ xp̄i gl̄ioſũ videbit̃ ocl̓o cor
porali.⁊ nec eiꝰ aĩa nec angeli nec deitas videbũ
tur ocl̓o corꝑali.ſic nec ſctõꝝ aĩe.ſ3 talia ſpũalia
videbunt̃ ocl̓is aĩe ſpũalib3:ſic̃ corꝑalia corꝑa/
lib3.Vn̄ Amb.Nec corꝑalib3 deꝰ cernit̃ ocl̓is nec
circũſcribit̃ viſu nec tactu tenet̃.Ad p̄dicta exem
plũ.ſi videres regē in põpa oĩm theſauroꝝ ⁊ ſũ/
ma gl̄ia maieſtatis oĩa illa tibi dantē. Tertiũ
gaudiũ bt̃õꝝ erit ab angelica felicitate.q: ſine i/
termiſſiõe erũt vidētes faciē dei ⁊ fruētes deo in
ꝯſortiũ angeloꝝ.Vn̄ xp̄s dixit Mat.xxij.Erũt
ſic̃ angeli dei in celo.q: ſm̄ Aug.xl.de ci.di.Sic̃
angeli ſꝑ vidēt faciē p̄ris h̄ ē dei:ſic ⁊ nos ſꝑ vide
bimꝰ cũ angelis ⁊ amabimꝰ.amabimꝰ ⁊ lauda
bimꝰ ac ſil̓ cũ illis gaudebimꝰ ſine fine. Jõ Gre
go.in omel̓.dic̃.Que aũt lingua dicere vel q̄s in
tellectus caꝑe ſufficit q̄nta ſint gaudia angeloꝝ
choris intereſſe cũ bt̃is ſpiritib3 gl̄ie ꝯditor̃ aſſi
ſtere.p̄n̄tē dei vultũ cernere ⁊c̃.S3 ꝑ ꝯ̄riũ dãnati
merebunt̃ de ꝯſortio demonũ horrēdiſſimoꝝ ⁊
carētia viſiõis dei ⁊ xp̄i. Quartũ erit a corpoꝝ
gl̄ioſitate.q: bt̃õꝝ corꝑa dotabunt̃ q̄ttuor doti/
bus gl̄ie.vic3 claritate:agilitate:ſubtilitate ⁊ im
paſſibilitate ꝓ q̄b3 multũ gaudebũt.⁊ de iſt̃ do
tib3 patebit plenꝰ ſer.ij.dñice.iiij.ꝑ totũ. Qui
tũ ab empyrei celi amenitate.Cũ em̄ bt̃i vidēt ce
lũ empyreũ tã altiſſimũ.tã pulcherrimũ.tã am
plũ ⁊ lumioſiſſimũ ꝓ ſuo habitaculo factũ.ma
ximũ gaudiũ habebũt de h̄ ꝙ deꝰ ĩ ſua ꝓpria do
mo tã gl̄ioſa ſecũ habitare facit eos.Vn̄ pſ̄.Be
ati q̃ habitãt in domo tua dñe in ſe.ſe.lau.te.De
q̄litate huiꝰ empyrei celi pt3 dñica imediate p̄ce/
dēti ſer.j.T Sextũ erit a ſctõꝝ oĩm ſocietate
q̃ ſũme ⁊ multipliciter gaudebũt.

Primo ꝓpter charitatē.
Scðo ꝓpter multitudinē.
Tertio ꝓpter diuerſitatē.

Prio inq̄3 ꝓpt̃ mutuã charitatē de q̃ cõis ē regu
la theologica.ꝙ in celo ē illa ſũma charitas q̃ q̄/
libet ſic vtiq3 diligit alteꝝ ſic̃ teip̄m ⁊ ſic gaud3 ð
alteriꝰ bono q̄libet q̄3tũ de ꝓp̄o ſaltē extēſiue ſm̄
Rich.ſuꝑ ſentē.li.iiij.Vn̄ Anſ̃.li.ꝓſol̓.c.penul.
⁊ vl.dic̃.Interoga o hõ ĩtima tua ſi caꝑe poſſint
gaudia de tãta btitudie.certe ſi aliq̄s aliꝰ quē ſi
cut teip̄m dilig̃:eãdē btitudinē ꝯſile3 h̄ret q̄ntũ
habes duplicaret̃ gaudiũ tuũ.ſi ꝟo duo vl̓ tres
vel ml̓to plures idip̄m haberēt:tãtũdē ꝓ ſingul̓
q̄ntũ ꝓ teip̄o gauderes ſi ſingl̓os ſic̃ teip̄m dili/
geres.Cogita ḡ q̄ntũ erit ĩ btitudine innũerabi
liũ gaudiũ hoim̄ ⁊ angeloꝝ vbi nullꝰ minꝰ dili
get aliũ q̄3 ſeip̄m.nec alit̃ gaudebit q̄ſq3 ꝓ ſingu
lis q̄3 ꝓ ſeip̄o.Hec ille. Scðo ꝓpt̃ ml̓titudinē
Nã Apoc̃.vij.Jobes dic̃ ſe vidiſſe tãtã multitu
dinē electoꝝ ꝙ dinũerare nēo poterat ex oĩb3 gē/
tib3 ⁊ tribub3 ⁊ linguis ſtãtes an̄ thronũ.Et q: q̄
libet gaudet de q̄libet ſic̃ de ſeipſo. Vn̄ Augꝰ in
epl̓a ad Cyrillũ ð miracul̓ bt̃i Hiero.ſcribit.ꝙ
gl̄ia ſingl̓oꝝ ē gl̄ia cũctoꝝ.⁊ gl̄ia cũctoꝝ eſt gl̄ia
ſinguloꝝ.quis ḡ exp̄mere poſſit quanta ſint in
ſingulis gaudia. Tertio ꝓpt̃ diuerſitatē.q: vt
dic̃ Apl̓s.j.Cor̃.xv.Stella differt a ſtella in cla
ritate.ſic ⁊ reſurrectio mortuoꝝ erit.Erũt ḡ ĩ va
rijs ⁊ mult̃ ḡdib3 gl̄ie itãtũ ꝙ nõ īueniant̃ oĩno
eq̄les duo ſcti.ſic̃ ⁊ ĩpoſſibile ē duos hoies ꝑ oĩa

eq̄les eē in facie. Sic ergo ſm ſctōꝝ varietatē vario mō mltiplicāt gaudia. Ad declarādū. Pria regula ē ſm Grego. in mora. di. Tāta ait vis charitatꝭ in illa pace btōs ſociat vt q̄d in ſe quiſqꝫ illorū nō accepit h̄ ſe accepiſſe i alio exultet. Hec ille Exēplū ſm Aug. de ciui. Cor nō hn̄s oculū ſilr diguꝰ gaudet de ocli viſiōe. Scd̄a regl'a q̄ ſꝫ q̄ntitatē diuie charitatꝭ quā quilibet btūs hꝫ ꝓ tāto d̄ altero gaudebit plꝰ vl' minꝰ. vt q̄ hꝫ maiorē charitatē maiorē hēat ꝟtutē gaudēdi. Et hec regula ptꝫ ꝑ Rich. ſup. iiij. di. xlix. i fine. Ex h̄ etiā tertia regula ē q̄ bt̄i magꝭ gaudēt d̄ bono illiꝰ quē magis diligūt. ꝛ h̄ claꝝ ē ſm eūdē Rich. ibidē. qꝛ in pria erit charitas ſm ordinē diligēdi q̄ eſt in via Un̄ ſup oia diligit deū quilibꝫ ꝛ poſt deū diligit ſe ipm plꝰ q̄ꝫ tū ad itēſionē actꝰ q̄ꝫ quēlibet aliū. Ex quo ptꝫ (inq̄t Rich.) q̄ quilibet magꝭ gaudet d̄ bono ſuo ꝓprio q̄ꝫ de bono ꝓximi ſui: itelligēdo ſm intēſionē. Nā dicit etiā Bona. q̄ ſi hēet mior ſctūs illud bonū qd̄ hꝫ maior: vtiqꝫ hēet maiorē charitatē ꝛ ꝓpterea itēſiꝰ gaudēdi. Proide in exēplo ſb dit Rich. q̄ Linꝰ magꝭ gaudet d̄ bono ſuo. ſ. itē ſiue q̄ꝫ de bono bt̄i Petri: q̄uis forte petrꝰ ꝓpter maiorē gaudēdi ꝟtutē (extēſiue vicꝫ) magꝭ gaudeat de bono lini q̄ꝫ linꝰ de ſuo ꝓpo bono. Concord̄. etiā Tho. di. ſup. e. di. li. iiij. q̄ ſupior ſanctꝰ plꝰ gaudebit d̄ bono iferiorꝭ q̄ꝫ ipo iferior. qꝛ rō gaudij i oibꝫ erit deꝰ. Ideoqꝫ q̄nto aliqs plꝰ diligit deū ꝛ gaudꝫ d̄ deo: tāto plꝰ gaudebit d̄ q̄cūqꝫ alio. Et ſic ſupiores plura hn̄t gaudia. Cōtēplemur ergo q̄nta ſit mltitudo gaudioꝝ i btīs. Nā ſi ꝯſiderāꝰ aliqs btōꝝ aliq̄ mō. ꝛ ſi n̄ i oibꝫ eē eq̄les ita q̄ paꝝ diſtāt i gdu glīe: iſtoꝝ quilibet hēbit duplicē gl'iā accidētalē ꝛ gaudiū erga inuicē ex amore diuio q̄ eq̄li mēſura gaudēt de ꝓpo bono ꝛ etiā d̄ alteriꝰ bono cū ſint eq̄lis charitatꝭ. h̄ ptꝫ ex ſcd̄a regl'a. Scd̄o cōſideremꝰ q̄ int btōs aliq ſūt ifimi ꝛ iſti gaudēt de ꝓprijs bonis ꝛ inſup de his q̄ hn̄t ſupiores oēs iuxta p̄mā regulā. Tertio alij ſūt maiores vnꝰ altero ſupiorē decies. alter alio cēties. alter milleſies. ꝛ ſic d̄ alijs inūerabilibꝫ. Et ſic cogita q̄ illi ſupiores gaudēt de iferioribꝫ plꝰ alij decies. alij cēties. ꝛ ſic de alijs ſm gdꝰ ꝛ q̄ntitatē charitatꝭ diuie quā hn̄t illi ſupiores. ꝛ de illis q̄ ſūt maiores. ꝛ ꝑ ꝯn̄s plꝰ diligēdi iuxta tertiā regulā. Adhuc amplꝰ decies vel cēties vel milleſies gaudebūt. ꝛ p̄ oibꝫ de btā ꝟgie ſup̄ h̄ de xp̄o ac ſūme d̄ d̄o. O ergo q̄nta ſint ibi gaudia i tāta varietate. qs narrabit. O pctōr q̄ n̄ viſ penitere ecce q̄ꝫ idicibilia gaudia ꝑdes. o infelix aīa peccatrix q̄d putas q̄nta ꝑ oppoſitū tormenta ſūt gehēne tibi para. ¶ Septimū gaudiū btōꝝ erit a ſtatꝰ optimi ſublimitate. qꝛ nullū ibi erit malū miſie nec pcti. ſꝫ optimꝰ ſtatꝰ ꝛ ꝑfectuſ erit oi bono plenꝰ. Un̄ Boe. iij. d̄ ꝯſol'. Btitudo ē ſtatꝰ oim bonoꝝ aggregatiōe ꝑfectꝰ. Proinde tot ibi erūt gaudia q̄t ſūt in p̄ſti oēs miſerie. ſ. famis: ſitis: laborꝭ: ꝑturbatōis: triſticie: frigorꝭ: caloris: ifirmitatꝭ: mortꝭ ꝛ multoꝝ hmōi. de q̄bus ſingulis eo q̄ plene liberati ſūt bt̄i gaudebūt. iuxta illō Apoc. xxij. Abſterget deꝰ oēm lachrymā ab oculis ſctōꝝ ꝛ iā nō erit amplꝰ neqꝫ luctꝰ neqꝫ cla. n. d. Preterea q̄t ſūt vitia in mundo iſto: tot erūt gaudia de oim ꝛ ſinguloꝝ euaſiōe. Un̄ Auguſt. in q̄dā ſmōe. Tūc inq̄t exultabimꝰ q̄n nūq̄ꝫ peccabimꝰ i ſermōe aut factꝭ aut ꝯcupiſcētijs q̄n videbimꝰ illā dei faciē q̄ tā delectabilis ē vt p̄ter eā nil poſſit delectari. Inſup qꝛ ibi aderit oē bonū vt dic̄ Aug. Quot ergo erūt ꝓ oibꝫ ꝛ ſingulis gaudia p̄ēſa ſi potes. Octauū gaudiū erit ab iferni penalitate. Un̄ Greg. in omel'. ſup Luc. ꝛ allegat. iiij. ſetē. di. vl. int cetera dic̄ ſic. Licꝫ iuſtꝭ ſua gaudia ſufficiāt: ad maiorē tn̄ gl'iaꝫ vidēt penas maloꝝ q̄s ꝑ grām deieuaſerūt. ꝛ paꝝ iſra. Quos inq̄t vidētes nō dolore afficient: ſꝫ leticia ſaturabunt agētes grās de ſua liberatōe viſa impioꝝ ieffabili calamitate. Cogita ergo hō q̄t erūt ꝛ ſūt dānati ꝛ ſingli. oēs q̄ꝫ q̄t inūerabiles patiūtur penas ꝓ ſingulꝭ ꝛ oibꝫ pctīs. q̄nta ergo d̄ oibꝫ erūt btōꝝ gaudia i celo. q̄m vt wilh. li. d̄ vniuerſo d̄t Probabile ē q̄ ſic ſcti d̄ quilibꝫ pctō hn̄t gaudiū: ſic ꝛ hēbūt de quilibet dānato ꝓ iuſticie dei declaratōe ꝛ ipoꝝ ꝑ miſicordiā d̄i libatiōe. Nonuꝫ erit a creatāꝝ mūdi nouitate. qꝛ ꝓpt gaudia beatoꝝ deꝰ gl'ificabit celū ꝛ elemēta inouādo vt patuit d̄. ſer. iij. oct. Paſce. Un̄ Eſa. lv. dic̄ dn̄s. In leticia egrediemi (ad ꝯtēplatōꝫ. ſ. creaturaꝝ) mōtes ꝛ colles cātabūt corā vob laudē: h̄ ē altiores ꝛ iferiores creature erūt vob materia leticie diuie laudis. Un̄ q̄t fuerūt i mūdo creature ꝓ nob facte a d̄o i cel': terrꭓ: aq̄s ꝛ vbiqꝫ ꝓ tot gaudebimꝰ Sic ꝑ ꝯriuꝫ ꝯ̄ reprobos iſurget ꝛ pugbit orbis terraꝝ Sap. v. ¶ Decimū erit a laudis diuie ſuauitate. Nā i p̄ria ſm Rich. ſup. iiij. di. xlix. erit laus etiā vocal': vt dic̄ glo. ſup illō pſ. Exultationeſ d̄i i gutture eoꝝ. Itē ibi erit cātꝰ ſuauiſſimꝰ ꝛ ſymphōia ꝑdulciſſima ac iocūdiſſima ſup oia mūdi muſicoꝝ genera. Un̄ wilh. li. de vniuerſo dic̄ q̄ extrēq̄ ſtatꝰ felicitatꝭ nullū defectū admittet i btīs. idō qꝫ vis vociferādi erit gl'ificata ſꝫ oēſ vireſ ſuas. ꝛ idō ſm oēs potētias ſuas iplebit: ita q̄ ſil' ꝛ ſemel emittet oēs ſonos q̄s naturalr emittere p̄t ꝛ q̄s gl'ia ſibi ſupaddꝫ. Erit ergo os cuiuſlibꝫ bt̄i reſonās ſic̄ cythara chordaꝝ inūerabiliuꝫ mira ꝛ icogitabili ſuauitate ſibijnuicē ꝯſonātiū in auribꝫ ꝑfectōis illiꝰ: ſic audibiliū ſic̄ organū inūerabiliū fiſtulaꝝ. ꝛ erit ſonoroſitaſ illa vniuſcuiuſqꝫ gl'ificati ꝯcētꝰ vocū ſiue ſonoꝝ inūerabiliū mira ſuauitate ꝯſonātiū adiuicē. ꝛ h̄ fit d̄i ordiatōe. vltra eīn oēꝫ admiratōꝫ nr̄aꝫ ꝛ cogitatū erūt potētie ꝛ ꝟtutes corpoꝝ gl'ificatoꝝ. Un̄ ſic̄ ꝑ vnū organū vnꝰ fac̄ plꝰ q̄ꝫ alij decē ſine organo facerēt ꝑ ſeipos. Sic i ꝓpoſito vnꝰ i p̄ria p̄t ſonare plꝰ q̄ꝫ pl'a milia fiſtulaꝝ poſſet facere i h̄ mōo. ꝛ ſꝫ qd̄ vnꝰ alio beatior erit ſꝫ h̄ pulchriꝰ altiꝰ ꝛ dulciꝰ reſonabit. Hec oia ſꝫ wilh. q̄t ergo erūt ibi gaudia ꝓ

innūerabilib᷒ ⁊ ſinglis laudū diuiaꝝ diſcātib᷒.
Y Ad hoc facit etiā exēplū de magdalena que
triginta ānis nil guſtauit p̄ ſuauitate celeſtꝫ me
lodie ad quā eleuabaꝵ p angelos ī celū vt audi/
ret. Itē narrat diſcipul⁹ in ſermōe ꝙ qdā religi/
oſus petiuit a deo:vt.ſ.oñderet ei minimū gau/
diū celeſte.⁊ ecce orāti appuit angel⁹ ī ſpecie aui
cule cantātis dulciter.⁊ cū vellet eā cape ſecut⁹ ē
eā in ſiluā.⁊ auſcultādo eā ſtetit ſub arbore trecē
tis annis nil aliud ſentiēs nec guſtās p̄ dulcedi
ne cātus illi⁹:ſꝫ putabat ſe vixvnā horā ſtetiſſe.q̄
cū auolaſſet rediit frater ad clauſtrū.et cū nulli⁹
eū agnoſceret ⁊ mirarenꝵ queſierūt fratres ð ab
bate ſub quo exiuit ⁊ inuenerūt trecētos annos
trāſiuiſſe ⁊c̄. Quāta ḡ dulcedo erit in celeſti can/
tu ſi tāta fuit de vna auicula. Tūc ille frater ſū/
pta eucbariſtia ſtatim obdormiuit ī dño. Hoc
idē narraꝵ in li.q̄ dr̄ ſpeculū exēploꝝ. Undeci
mū gaudiū erit ab opeꝝ ⁊ oīm meritoꝝ p̄miofi
tate. Nā vt ſcribiꝵ Apoc.xiiij. Beati mortui q̄ in
dño moriunꝵ.opa eñi illoꝝ ſequūꝵ illos. O quā
tū ibi erit gaudiū vbi nō ſolū magna opa ꝟtutū
p̄miabūꝵ:ſꝫ etiā minima bona opa facta ſiue lo
quēdo ſiue opando:orādo:cogitādo: cōpatiēdo
ꝓximis ⁊ ſuſtinēdo ꝓ deo q̄ſcunqꝫ labores ⁊ ad
uerſa. Ro.viij. Diligētib᷒ deū oīa coopanꝵ in bo
nū. Uñ Hiero.dic̄. Null⁹ labor dur⁹ nullū tps
longū videri debꝫ q̄ glia eternitatꝫ acqriꝵ. Z
altat hūiliabit̄ ꝛ q̄ ſe hūiliat exaltabit̄
Lu.xviij. ꝛ in euange. hodierno. Ver/
ba ſunt ſaluatoris noſtri q̄b⁹ inſinuat quantuꝫ
deo ſuꝑbia diſpliceat. et ꝑ ꝯtrariū quātū humi/
litas placeat. Nam tantū deteſtat̄ deus ſuꝑbiā
hominis vt nec oratiōez ipſius ſuꝑbi audire velit
ſed orationes hūiliuꝫ reſpicit. Iuxta illud Pſ.
Excelſus dñs ꝛ humilia reſpicit ꝛ alta.i. ſuꝑba
a longe cognoſcit.ſ. reprobando. Et iteꝝ. Reſpe
xit in orōez hūiliuꝫ ꝛ nō ſpreuit p̄cem eoꝝ. Pro/
inde ipſe chriſtus dominus poſuit exempla de
quodam phariſeo ſuperbo orante quem deus
non exaudiuit. ſed et de quodam publicano hu
militer deum orante dixit ꝙ deus illum exau/

diuit ꝛ iuſtificauit. Et ꝯcludēdo ꝑabolā his ver
bis ait. Oīs q̄ ſe exal. ꝛc. vt ptꝫ i themate ꝛ euāge
lio. Itaqꝫ iuxta thema pſcriptuꝫ de hūilitate
tria myſteria declarabim⁹ in hoc ſmone
Primū dicit̄ diuinalis amoroſitatis
Secundū dicit̄ noticialis veritatis
Terciū dicit̄ mirabilis ſalubritatis
L Circa p̄mū d̄ amoroſitate hūilitatꝭ apō de
um q̄rit̄ vn̄ ē q̄ de⁹ ſūme maieſtatꝭ amat i ſuis
electꝭ v̄tutē hūilitatꝭ cū videā⁹ q̄ magnifici p̄nci
pes ꝛ reges i h̄ mūdo velint ſuos ſuos pollere
glīa pōpoſa i eq̄s veſtib⁹ ꝛ alijs ornamētꝭ ac di/
uitijs: ꝛ nolūt appere int̄ ſuos deſpectos ac mi
n⁹ cultos veſtib⁹ vl' īdutos laceratꝭ tūicꝭ ꝛ hmōi
Sic̄ legit̄ d̄ Aſſuero q̄ ei⁹ aulā null⁹ audebat i
gredi ſacco īdut⁹ vl' ꝯciſis veſtib⁹: imo volebat
hr̄e purpuratos i pōpā. Heſter. iiij. Itē ciues et
burgēſes nō diligūt ſꝫ magꝭ v̄ecūdant̄ cū vidēt
filios aut filias hūiliori veſte griſeo vl' ſacco īce
dere cū ſciāt bonis abūdare. Sꝫ ad hec rn̄det̄ q̄
alit̄ eſt de hoīb⁹ mūdanā glīaꝫ diligētib⁹. ꝛ d̄ glo
ria q̄ dei ē nō curātib⁹ q̄ꝛ tales pōpas ſecl'i requi
rūt. ꝛ h̄ q̄nq̄ꝫ etiā cū ꝑiclo aīe ſue. q̄nq̄ꝫ aūt h̄ꝫ cō
decētiā ſtat⁹ ſui licite talia volūt citra. ſ. deū ꝛ ad
deū ordināndo. q̄d m̄ltis modis pōt fieri. ſ. vl' vt
mali timeāt p̄tātē: aut hoſtes reipublice terreāt̄
vl' de⁹ i p̄ncipe honoret̄: ꝛ ſic de alijs. Alit̄ aūt eſt
d̄ deo q̄ null⁹ creat̄e bono eget: vtpote rex in ſe/
ipo maieſtatꝭ īfinite ꝛ glīe ſempit̄ne. Vn̄ nō niſi
hūilitatē amat i ſuis electis tā angelis q̄ꝫ hoīb⁹
Et hoc plurib⁹ ratōib⁹ declarat̄ pſertim quiq̄ꝫ.
Prima ratio initiationis
Secūda exaltationis
Tercia deſignationis
Quarta aſſimilationis
Quinta ſtabilitionis
Pria rō initiatōis ē: q̄a vt Ber. dic̄. Initiū oīs
hūane ſalutꝭ ē hūil' recognitio ſuipi⁹. Vn̄ ꝛ Hie
ro. i teſtamēto dic̄. Adeo hūilitas ad ſalutē hoīſ
eſt neceſſaria vt nl'la v̄t⁹ ſine hūilitate ſit d̄o pla
cita. Idē q̄ꝫ ait. Int̄ v̄tutes xp̄ianoꝝ hūilitas eſt
v̄t⁹ p̄maria: vtpote fundamētū oīm aliaꝝ v̄tu/
tū. Iō deo dilecta ꝓpt̄ hoīm ſalutē q̄ꝛ ꝑ hūilitatē
fūdat̄ ſtruct̄a oīs ſpūal' edificij: vt etiā Aug. dic̄.
Si inq̄t cogitas de altitudīe ſpūal' celſitudinis
cogita de fundamēto ꝓfunde hūilitatꝭ. Exēplū
Alta ſtructura ꝓfūdū req̄rit fundamētū M
Scd̄a rō exaltatiōis: q̄ꝛ hō exaltari nō meret̄
niſi ꝑ hūilitatē. ꝓpt̄ q̄d xp̄s dn̄s hāc generalē ſen
tētiā dictauit. Oīs q̄ ſe hūiliat exaltabit̄. Et nota
q̄ q̄ ſe hūiliat exaltabit̄ nō ſimpl'r ſꝫ tripl'r. Pri/
mo i p̄ſenti ſecl'o ꝑ gr̄e viſitatōeꝫ Jaco. iiij. Deus
ſupbis reſiſtit: hūilib⁹ aūt dat gr̄aꝫ. vn̄ Caſſiodo.
ſuꝑ p̄s. Int̄ mediū mōtiū ꝑtrāſibūt aq̄: q̄ꝛ i val
lib⁹ aīaꝝ hūiliū ꝑtrāſeūt aq̄ gr̄aꝝ. Itē Plini⁹ i
ſpecl'o nat̄ali dic̄ q̄ q̄nto pomū alti⁹ i arbore ſi/
tuatū creuerit: tāto vt i plīmū ē dulci⁹ ſꝫ mioriſ
q̄ntitatꝭ i ꝯꝑatōe iferioꝝ: q̄ꝛ radij. ſ. ſol' forti⁹ ſu/
ꝑiora tāgūt ꝛ ſic pl⁹ exiccāt ꝛ coquūt ꝛ hūidū ꝯſu
mūt. Sic hō altius eleuatus ꝑ gr̄aꝫ debꝫ ſe mio
rē reputare ex hūilitate vt ſit dulcior i ſapore ce
leſti. Scd̄o hūilis exaltabit̄ i iudicio. vn̄ tūc ſuꝑ
bi di. Sap. v. Hij ſūt. ſ. hūiles q̄s aliq̄n habui/
mus i deriſū. ecce quō ꝯputati ſūt int̄ filios dei.
Tercio exaltabit̄ i celo ꝑ glīaꝫ. ꝓuer. xxix. Hūilē
ſpū ſuſcipiet glīa N Tercia rō deſigīatōis: q̄ꝛ
de⁹ ſtatuit ꝓ ſig̃ electōis fore hūilitatē. vn̄ Gre. in
mora. dic̄. Euidētiſſimū ſignū dei electoꝝ ē hūili
tas ſic̄ ꝛ reprobōꝝ ſignū ē ſupbia. Et hui⁹ rōem
oñdit idē Gre. d̄ pe. di. ij. p̄ncipiū. di. ſic. Quō hō
ſine hūilitate poterit aſcēdere i celū q̄n etiā p̄mus
hō de ꝑadiſo ꝛ nobiles angeli ꝓpt̄ defectū hūili
tatis eiecti ſūt d̄ celo. hec ille. q. d. nulla rō h̄ v̄e
dictat vt hō ſupb⁹ ſaluet̄ cū ſupbi angeli de celo
ſūt eiecti. Si em̄ ſupbia e celo deiecit quō illuc
ibit. Ad idē exēplū. Nā vnū ſignū p̄cipuū mortꝭ
in aīalib⁹ q̄buſcūq̄ꝫ vt dic̄ phs li. vj. aīaliū ē h̄. ſ.
q̄ pect⁹ ſolito alti⁹ eleuat̄ i cūctꝭ mortuis corꝑib⁹
nō i viuidis. Rō q̄ꝛ i morte ſāguis tot⁹ trāſflu/
it ad cordis regiōeꝫ i auxiliū ipi⁹ vite: eo q̄ cor ē
p̄mū viuēs ꝛ vltimū moriēs. Sic ſpūal'r oīs
pctōr cū i ſupbiā eleuat̄ i corde ſignū hꝫ mortꝭ et̄
ne. Proinde ſi q̄rat̄: q̄d fac̄ hoīeꝫ ſecuriſſimuꝫ
vt cadere nō poſſit. Rn̄det̄ ſm Aug. q̄ ſola hūi
litas. in q̄ tāq̄ꝫ q̄ i t̄ra ꝓſtrat⁹ iacꝫ nō hꝫ q̄ cadat.
Et Ber. In nullo inq̄t alio poſſum⁹ i p̄nti ꝯfi/
dere ex nr̄i ꝑte niſi i v̄a hūilitate: cū nil aliō boni
ex nob habeam⁹. Quarta rō aſſil'atōis: q̄ꝛ hu
militas aſſil'at nos xp̄o. ꝓpt̄ q̄d hortat̄ Mat. xj
di. Diſcite a me q̄ꝛ mitꝭ ſū ꝛ hūil' corde: ꝛ iue. req̄
em a. ve. Itē aſſil'at v̄gini marie q̄ ꝑ hūilitatem
meruit potiſſime vt eligeret̄ i dei mr̄eꝫ. vn̄ Ber.
Audeo dicere q̄ tāto de⁹ acceptat hoīeꝫ q̄nto hō
hūilitatꝭ poſſidꝫ v̄tutē. Nā ſuꝑ oēs elegit mr̄em
v̄ginē q̄nā vidit p̄ oīb⁹ fore hūiliorē. Preterea aſſi
milat angel' q̄ ex hūilitate libēter miſtrāt iferiori
bus: h̄ ē hoīb⁹. Et q̄m ſil'itudo ē cā dilectōis ꝓut
dicit phs li. de aīa. ideo hūiles hoīes diligunt̄ a
xp̄o ꝛ ſcrā mr̄e ei⁹ ac angel' ꝛ btīs oīb⁹. Vn̄ ꝛ Hie
ro. Nil ē q̄d btīs hoīb⁹ nos ita ḡtos ꝛ deo faciat
acceptos q̄ꝫ ſi vite merito magni ſim⁹ tn̄ hūilita
te īfimi. hec ille. ꝛ ſic patꝫ O Quīta rō ſtabili
tōis: q̄ꝛ ꝑ hūilitatē ꝯſuāt̄ ꝛ ſtabiliūt̄ oīa bona in
hoīe. vn̄ Gre. xix. li. mora. Perit oē q̄d agit̄ ni
ſi hūilitate cuſtodiat̄. Qui em̄ ceťas v̄tutes ſine
hūilitate ꝯgregat q̄ſi q̄ manu puluerē in ventuꝫ
portat. hec ille Sed q̄rit̄. nunq̄d ḡ hūilitas pre
cellētior ſit oīb⁹ alijs v̄tutib⁹. Rn̄det̄ q̄ v̄tutes
theologice ſm doctores theologos: vt etiā Ly.
ſuꝑ Lu. dicit p̄cellūt v̄tutes morales eo q̄ ille
v̄tutes ſcꝫ theologice imediate ꝯiūgere deo ani
mā habēt. vt ſūt fides ſpes charitas. humilitas
aūt ē v̄tus moral'. iō ſimplicit̄ hūilitas nō p̄cel/
lit ceťas oēs v̄tutes. tn̄ q̄ꝛ v̄tutes pſertim īfuſe
ſunt ꝯnexe: ideo q̄ntū creſcit vna i eodem homi
ne tātū creſcit alt̄a ꝓporcionabilit̄ ſm id q̄d ē for

male.ſicuti et videm⁹ ꝙ digiti man⁹ eq̄liter cre/
ſcūt licet nō ſint eq̄les inter ſe ꝓpria mēſura. ſic q̄
q̄uis fides ſpes ⁊ caritas ꝑcellāt humilitatē: tn̄
q̄nto hō creſcit i hūilitate tāto ⁊ in caritate creſcit
⁊ ceter̄ v̄tutib⁊. ⁊ ꝑ ↄ̄ñs hō q̄ eſt hūilioꝛ dr̄ meri/
to ⁊ p̄mio maioꝛ: nō tm̄mō ꝑꝑ̄ hūilitatē ſed ⁊ ꝓ
pter aliaꝝ v̄tutū ↄneraꝝ ſublimitatē. Un̄ patꝫ
ꝙ hūilitas ē v̄t⁹ deo placita ⁊ dilecta ꝑꝑ̄ dictas
rōnes. O q̄ hō ſis hūilis vt ſis deo gr̄tus ⁊ carus
Nā Bern̄. dr̄. Cū te hūilē videris cert⁹ habeto ſi/
gnū gr̄e. Ut em̄ caritas dec̄ hūilitas merec̄: qm̄
de⁹ hūilib⁊ dat gr̄am ⁊ ſeruat acceptā. Hec ille.

¶ Circa ſcd̄m de v̄itat̄ noticia inq̄rendū ē
Qualib⁊ ſignis aḡſcit̄ vera hūilitas foꝛe i coꝛde
hoīs. Ad qd̄ notāda ſigna ſc̄m Tho. ij. ij. q. clxj.
alioſq̄ꝫ tradunt̄. Primū eſt ſeipm̄ vilē reputa
re. vn̄ Bern̄. hūilitatē diffiniēs dicit ꝙ vera hūi/
litas eſt q̄ q̄s vera ſui cognitiōe ſibiipſi vileſcit.
Idē ſup can̄. Nō eſt ꝑiculū ſi q̄ntūcūq̄ꝫ minoreꝫ
reputes te q̄ꝫ ſis. Sꝫ q̄nde malū ⁊ ꝑiculū ē ſi vel
in modico extollas te pl⁹ q̄ꝫ ſis. Hec ille. Itē Ba
ſili⁹. Uera hūilitas eſt vt oēs hoīes nob̄ ſupio/
res extimem⁹. ⁊ oīb⁊ nos iferioꝛes ac viliores re
putem⁹. Nā ⁊ ſi q̄s in ſe ↄḡſcat hr̄e aliq̄ dona di
q̄ alij nō hn̄t: tāto pl⁹ debet i ſe vileſcere: cogitās
ꝙ ſi de⁹ talia alijs dediſſet gr̄tioꝛes deo eſſent q̄ꝫ
ipſe. ⁊ ſic v̄acit̄ ſe vilioꝛē pōt alijs reputare vt po/
te mag̃ ingr̄tū. vt patuit ſermōe. j. hui⁹ dn̄ice ¶.
Etēm ad id legit̄ in vitaſpa. ⁊ in ſpec̄lo exēploꝝ
diſt. ij. exē. lviij. ꝙ dū btūs Anthoni⁹ magn⁹ i cel
la oraret venit ad eū vox di. Anthoni necdū ad
mēſurā coꝛiarij iſti⁹ q̄ i Alexādria ē ꝑueiſti. Qui
ſtatim ad illū acceſſit di. Refer mihi opera tua.
Rn̄dit ille. neſcio me aliq̄d boni magni ꝑpetraſ
ſe niſi ꝙ mane ſurgēs anteq̄ꝫ ad opandū reſide/
rē dico ꝙ oēs de ciuitate iſta igrediunt̄ regnū di
ꝑꝑ̄ iuſticias ſuas. ego aūt ꝓpter pctā mea ſol⁹
in penas et̄nas ibo. ſic cogito ⁊ ſero anteq̄ꝫ q̄eſcā
Tūc btūs Anthoni⁹ recog̃uit ſe nō ꝑueniſſe ad
tātā hūilitatē. Scd̄m ſignū hūilitat̄ vere: alte/
rū p̄ter ſe nullū ſpnere. q̄ꝛ ſe credit oīb⁊ vilioꝛē. vt
patuit. Terciū eſt dona dei q̄ hꝫ in ſe abſcōde
re niſi q̄ntū ⁊ q̄ñ ad honoꝛē dei ⁊ edificationē ꝓ/
ximi deberet illa oñdere. Iuxta illud Math. v.
Luceat lux v̄ra co. ho. vt vi. ⁊c̄. Quartū ē exer/
cicia hūilitat̄ libent̄ facere. puta hūilia ſeruitia
paupib⁊ exhibere. hūilit̄ ↄfiteri. hūili veſte icede
re. hūiles moꝛes tenere. ⁊ ſic de alijs. Naꝫ ⁊ phs.
iiij. Eth. ꝑ generali regl̄a dr̄. ꝙ q̄lis vnuſq̄ſq̄ꝫ eſt
talia dicit ⁊ opat̄ ⁊ talit̄ viuit. Hec ille. q̄ hūilis
ver⁹ hūilit̄ loquit̄ ⁊ opat̄. Quintū eſt laudes ⁊
honoꝛes deſpicere ⁊ cōtēptū ſui n̄ curare. Unde
Ber̄. Uer⁹ hūil̄ vult hūiliari: nō hūilis p̄dicari
et gaudet de ↄtēptu ſui. Itē Greg. Qui gl̄iaꝫ ho
minū nō q̄rit cōtumeliā nō ſentit: nec timēt con
fundi in ↄſpectu hoīm q̄ ſolū q̄rūt placere apd̄
deū. Hec ille. Et ſic patet. Sextū eſt ⁊ vltimū
alioꝝ dict̄ ⁊ ↄſilijs acq̄eſcere. Un̄ Grego. Alios
pleꝛūq̄ꝫ imitari nolum⁹ q̄ꝛ noſipſos melioꝛes
credim⁹. Nā niſi q̄s melioꝛē ſe crederet neq̄q̄ꝫ cū
ctoꝝ ↄſilia ſue deliberatiōi poſtponeret. ⁊ tales
ſunt q̄ d̄ ꝓꝓo ſenſu ↄfidūt. Et hm̄ōi pleꝛūq̄ꝫ etiā
deuoti decipiunt̄ cū nolūt expt̄ credere. O q̄ hō
vtinā te agnoſceres ⁊ v̄aciter hūilis eſſes. ¶

Circa terciū de mirabili opatiōe ſalut̄ Notā
dū ꝙ ipſa hūilitas hꝫ efficere mirabilia opa ſa/
lut̄. Prio vincēdo ſcꝫ oē qd̄ eſt inuicibile. nā
ſi vicere feras beſtias magnū ſit: h̄ facit hūilitas
q̄ꝛ ſc̄m Iſid. ⁊ Plini. ⁊ Amb. i exame. nobil̄ ē ira
leonis q̄ parcit ꝓſtrat̄. aper q̄ꝫ ⁊ vrſus n̄ inua/
dūt iacētes in t̄r̄. Sꝫ mai⁹ eſt ꝙ hūilitas vincit
demonū ꝑtāt̄. vn̄ ſctō Anthonio mag̃ reuelatū
legit̄ in vitaſpa. ꝙ vidit vniuerſam t̄rā laq̄is di
aboli irretitā: ſuſpirauit ⁊ dixit. Quis ꝑt dn̄e de⁹
tot laq̄os euadere. ⁊ audiuit vocē dicentē. Hūi/
litas ſola ꝑtrāſit: quā nullo mō valēt cōtingere.
Et ſic patꝫ ꝙ eſt victorioſa. Deniq̄ꝫ ꝑ oīb⁊ iſt̄ mi
rabili⁹ ē ꝙ hūilitas vincit iuincibilē etiā diuinā
maieſtatē. Un̄ Bern̄. O felix hūilitas q̄ dei ad ſe
trahit clemētiā ⁊ ei⁹ ligat oīpotentiā: vincit iuin
cibilē. Exm̄ de niniuit̄ q̄ ꝑ hūilitatē vicerūt ſen/
tentiā dei quā de⁹ dictauerat ꝙ deberet ciuitas
illa ſubmergi Ione. iij. Scd̄o humilitas facit
mirabile exorādo. q̄ꝛ vt ſcribit̄ Ecci. xxxv. Oratō
hūiliāt̄ ſe nubeſ penetrat ⁊ n̄ diſcedit donec aſp.
al. Et ſic hūilitas valet ad oīa obtinēda mirabi
liter. Tercio facit mirabile liberādo. ſ. a ꝑicul̄
vt patꝫ de Dauid q̄ ꝑ hūilitatē euaſit oīa ꝑicula
inimicoꝝ. Nā Goliā deuicit ſupbiſſimū ꝑ ſuaꝫ
hūilitatē. j. Reg. xvij. Itē Saulis reg̃ ꝑſecutōes
plīmas euaſit ꝑ hūilitatē: adeo vt potuerit illū
occidere nō ſemel ſi voluiſſet. vt ptꝫ. j. Reg. xxiiij
dū orā clamidis illi⁹ abſcidit in ſpelūca. Et ibi/
dē. xxvj. ca. dū haſtā illi⁹ ſtātē circa caput tulit la
tent̄. Un̄ Aug⁹. dicit. Humilitas cuſtodit in oī
tribulatione vel ꝑſecutiōe vt nō crepet mēs i foꝛ
nace. ſ. tribulatiōis q̄ nō tumet vēto ſupbie. ideo
et caſtanea facit ſtrepitū in igne q̄ꝛ cōtinet ven/
tū ſub coꝛtice. Quarto facit mira iuſtificādo.
quia ab oīb⁊ pctīs expiat ⁊ iuſtificat. vt patet in
in hoc ipſo euangelio. Quinto recupando ſcꝫ
oīa ꝑdita ⁊ cōſeruādo. q̄ꝛ recupat gr̄am ⁊ carita
tē ⁊ cōſeruat. Unde Grego. Sola virt⁹ hūilitat̄
eſt repatio leſe caritatis. Chryſ. Mat̄ odij ⁊ rixe
ſupbia eſt. nutrix aūt dilectionis humilitas eſt.
Sicut em̄ cinis ↄſeruat igneꝫ in foco: ſic humi/
litas dilectionē in aīo. Un̄ in demonib⁊ ⁊ p̄mis
parentib⁊ bona gratie ꝑ ſupbiaꝫ ſunt ꝑdita. ſed
ꝑ humilitatē chriſti hō recupauit. ¶ Sex/
to illuminādo. nā Prouerb. xj. Ubi humilitas
ibi ſapiā. quia vt Ptolome⁹ dicit. inter ſapiētes
ille ſapientioꝛ eſt q̄ hūilioꝛ exiſtit. Ratio quia de
us myſteria abſcondita ſapientib⁊ reuelat par/
uulis. i. hūilibus: xp̄o teſte Math. xj. Hinc bea
tus Greg. dicit. ꝙ ſacra ſcptura eſt q̄ddam pela
gus in q̄ elephas natat ⁊ agn⁹ peditat. q̄ꝛ ſupb⁊

in ſcriptura natās nihil intelligit. ſed hō hūilis
ꝓfundū itellect⁹ ſcp̄ture tangit deo dante. Ideo
Boeti⁹ dī ꝙ ſapiā vel phīa apparuit ſibi ī ſpecie
hūana. ſic ꝙ mō ad mēſurā hoīs ſe cohibebat
mō ſūmi cacumie v̄tic̄ celū tāgere videbat̄. q̄ dū
caput alti⁹ extuliſſet ipm̄ etiā celū penetrabat ad
ſignificādū ꝙ ꝑ hūilitatē altitudo ſapīe celeſtis
acq̄rit̄. Septio facit mira ſuſtollēdo q: hūili
tas miro mō exaltat tā in p̄ſenti ad grāʒ merito
rū q̄ʒ in futō ad glīaʒ. ita ꝙ ipſa eſt mēſura exal-
tatōis iuxta regulā a xp̄o traditā ī themate Qui
ſe hūiliat exal. ⁊c̄. Sequit̄ ḡ ꝙ q̄ ſe plus hūiliat
pl⁹ exaltabit̄. ⁊ q̄ ſuꝑ oēs ſe hūiliat ſuꝑ oēs exal-
tabit̄. iuxta maximaʒ thopicā. Sic̄ ſimplicit̄ ad
ſimpl'r: ſic mag̃ ad mag̃. Exēplū habem⁹ ī btā
v̄gīe Maria ⁊ ī xp̄o dn̄o q̄ p̄ alijs ſe hūiliauert̄.
ideoq: ſuꝑ oēs ſctōs ⁊ angelos exaltati ſūt. O ḡ
ſcrā ⁊ ſalubris hūilitas vtinā te hrēm⁹. O pctōr
hūilia te ad pniaʒ vt exalter̄. Roge⁹ itaq: do. ⁊c̄.

De eadē dn̄ica ſermonē. iiij. ſcribere p̄termiſi. cū
ꝓp̄ē feſta occurrētia ī ea. tū q: ſi q̄s vult d̄ ſupbia
vl' de iuſtificatōe p̄dicare iuxta ipm̄ euāgeliū po
terit recurrere ad ſmōes q̄dragesimales vbi de
(hmōi tractat̄.

Dn̄ica. xi. poſt Penth. Sermo. j. iuxta euāge
lium applicādo de obſeſſione diaboli.

# Adducunt ei ſur

a dū ⁊ mutū ⁊ dep̄cabant̄ eū vt iponat
illi manū Mar. vij. ⁊ ī euāge. hodier-
no. Dn̄s nr̄ Jeſus dei fili⁹ de cel' deſcēdēs in mū-
dū ad ſanādū gen⁹ hūanū q: viderat ꝙ diabol⁹
ipm̄ hoiem fecerat ſurdū. ſ. ne audiret p̄cepta dī
ꝑ obediētiā. fecerat etiā mutū. ſ. ad ꝯfitēdū pctā ⁊
ad laudādū deuʒ. Nam Ecci. xv. Nō eſt ſpecioſa
laus in ore pctōris. Inſuꝑ fecerat ⁊ cecū q: tene
bris īgrātie iuolutū ne videret ſalutifera. Sap.
ij. Excecauit eos malicia eoꝝ. Idō miſicorditer
voluit hoīeʒ a talib' mal' curare. Et h̄ deſignādo
edocuit in h̄ euāgelio curādo q̄ndā ſurdū ⁊ mu
(tū. videam⁹ textū.
In illo tp̄e Exiēs Jeſus
de finib' tyri vēit ꝑ ſydonē ad mare galilee qd̄ eſt
int̄ medios fines decapoleos. ⁊ adducūt ei ſur-
dū ⁊ mutū ⁊ dep̄cabant̄ eū vt iponat illi manū
Et apphēdēs eū de turba ſeorſuʒ: miſit digitos
ſuos ī auriculas ei⁹. ⁊ expuēs tetigit linguā ei⁹.
et ſuſpiciens in celū ingemuit ⁊ ait. Effeta qd̄ eſt
adaꝑire. Et ſtatiʒ apte ſūt aures ei⁹ ⁊ ſolutuʒ eſt
vīculū lingue ei⁹ ⁊ loq̄bat̄ recte. et p̄cepit illis ne
cui dicerēt. quāto mag̃ aūt eis p̄cipiebat: tanto
mag̃ pl⁹ p̄dicabāt ⁊ eo āpli⁹ admirabant̄ dicen̄.
Bn̄ oia fecit ⁊ ſurdos fecit audire ⁊ mutos loq̄.
Mar. vij. Iuxta h̄ euāg. tria myſteria notabi⁹
(ꝑ ſmōe.
Primū de mirabili curatiōe.
Scōm de publicādi inhibitiōe.
Terciū de diaboli obſeſſione.
S Circa p̄mū de curatōe mirabili notādū eſt
ꝙ ī h̄ euāgelio circa h̄ miraculū xp̄i plura occur
rūt ꝯſiderāda. Prio tp̄s. q: dī. In illo tp̄e. h̄ eſt
anno xp̄i. xxxj. ⁊ p̄dicatiōis ſue āno p̄mo. xij. kal.
decēb. vt dī Guillerin⁹. i. ī craſtino ſctē elizabeth
factū eſt h̄ miraculū. Scdō loc⁹ vbi. ſ. h̄ ſit fa-
ctū: dī ī euāgelio ꝙ xp̄s exiēs de finib' tyri q̄ fuit
ciuitas in t̄ra chananeoꝝ ⁊ ꝑ ꝯn̄s gētilium vbi
xp̄s ſanauit a demonio filiam mlier̄ chananee
Mat. xv. inde exiēs venit ꝑ ſydonē ciuitatē q̄ mi
nor ē tyro ⁊ fuit etiā in t̄ra gētiliū. Relict̄ ḡ gētili
bus vēit ad mare galilee int̄ medios fines deca
poleos qd̄ grecū eſt a deca. i. decē ⁊ polis. i. ciui-
tas cōpoſitū. q: eſt regio decē vrbiū ſm̄ Bedā. q̄
vrbes circa mare galilee erāt. ⁊ ibi fec̄ xp̄s h̄ mi-
raculū. Tercio ē ꝯſiderād⁹ mod⁹. ſ. q̄ xp̄s dn̄s
curauit hūc ſurdū ⁊ mutū. de q̄ hr̄ ī euāge. ꝙ cu
rauit de turba ſegregādo. ⁊ ſcdō digitos ī aures
mittēdo. tercio ſputo linguā tāgēdo. q̄rto ſuſpi-
ciēdo. q̄nto īgemiſcēdo. et ſic adaꝑiri mandādo.
Vn̄ ꝓp̄ē hoꝝ myſteria aliq̄ q̄ſtiōes occurrūt de-
clarāde. Prio q̄rit̄ qd̄ ſignificet̄ ꝑ hūc ſurdū ⁊
mutū. Ad qd̄ r̄ndet̄ ꝙ ꝓut expōit̄ a doc. ſignifica
tur myſtice ꝑ ipʒ q̄libet hō pctōr. Rō. q: vt The
ophil⁹ dī. iſte fact⁹ fuit ſurdus ⁊ mut⁹ a demone
obſidēte. Sic pctōr hō ſaltē ſpūal'r poſſidet̄ a de
mone. q: vt Aug⁹. dī. pctōr tot demonioꝝ ſu⁹ ē
q̄t vicioꝝ. Et ſic nō nat̄a fecerat ſurdū iſtū ⁊ mu
tū ſʒ diabol⁹ ſm̄ ꝙ etiaʒ Hiero. dic̄. ſic ⁊ ſpūalit̄
diabol⁹ facit pctōres ſurdos q̄ ad oia ſalutifera
ſcʒ ne audiāt p̄dicatiōes ⁊ dei cōminatiōes de iu
dicio finali: de īferno ⁊ hmōi. Itē ne audiant xp̄i
ſanguinē clamātē ꝯ eoſdē. vn̄ Ber̄. dicebat talia
Ve mihi ſi ingt⁹ fuero qm̄ req̄ret̄ ſanguis ille iu
ſtus. ſ. xp̄i effuſus in t̄ra. ⁊ dicet̄ ſicut ad Chayn.
Quid feciſti: ecce vox ſāguis fratris tui. ſ. xp̄i cla
mat ad te de t̄ra. Itē ſurdos facit ne audiāt cla-
mores paupeꝝ nec illoꝝ miſeant̄: vt ꝑ ꝯn̄s nec
ipſi pctōres dī miſcōiaʒ ꝯſeq̄nt̄. Math. v. Deni-
q: diabol⁹ pctōres q̄s poſſidet facit etiā mutos
ne dep̄cent̄ ꝓ ſuis delict̄ ſed ſic ſtēt ī ill'. Itē ne cō
fiteant̄ pctā: nec deū laudēt vt debēt. Ve ḡ pctōri
bus q: ſub demonis ptāte ſūt. Ve q: ſurdi ſunt
⁊ muti ⁊ ꝑ ꝯn̄s dānatōis ī ꝑiclo. Scdō q̄rit̄ q̄
liter facit diabolus ī aīa ſurdeſcere hoīeʒ. Ad qd̄
Notādū ꝙ eiſdē modis fac̄ diabol⁹: q̄b' modis
ſolet accidere corꝑalis ſurditas in hoīe. T
Aduertendū ḡ ꝙ ſic̄ phiſici vel medici dicūt: ſur
ditas corꝑalis ꝓuenit ex q̄tuor p̄cipuis. Prio
ex ſono excellēti ledente. Nā Areſto. de aīa dicit
Excellēs ſenſibile corrūpit ſenſum. ⁊ patʒ in ma
gno tonitruo qd̄ ꝯterit ⁊ cōmouet cerebꝝ ac ter
ret animū. Itē refert Baſili⁹ ī examerō ⁊ Amb.
ꝙ de ꝑadiſo t̄reſtri alto cacumie cadētes aq̄ ī ca
ſu faciūt tātū ſtrepitū ꝙ oēs incole ꝓpe illū locū
reddunt̄ ſurdi a pueritia. Spūal'r. diabol⁹ fac̄
pctōres mltos ſurdos ex alto ſonitu et itellectu
incōuenieti ſcp̄ture ſacre: ita ꝙ male intelligunt
Ideoq: nec audire alias ſane doctrine ſcp̄turas

volũt. Etiã ꝯ hereticꝭ q̄ ex q̄ altiſſima dĩ ſapia ſo
nat Joh. vj. Niſi mãducaueritꝭ carnẽ filij hoĩs ⁊
bi. e. ſan. ñ ha. vitã i vob. ipſi hec ꝟba male itelli/
gũt de ſũptõe vtriuſqꝫ ſpeciei fore p̄ceptũ. nec vo
lũt Auguſti ⁊ Hugo. ⁊ doctoꝝ ſup li. ſeñ. dicta/
mina audire dicẽtiũ. ꝙ itelligẽda ẽ autoritas il/
la ꝺ ſpũali mãducatõe ⁊ bibitõe q̄ ẽ vnio vl' icoꝛ
poꝛatio ꝑ caritatẽ. Scḋo puẽit ſurditas ex ali
q̄ materia vl' re aures obturãte. ſic facit diabolus
aĩaꝫ ſurdeſcere ꝑ amoꝛẽ t̃renoꝝ vl' ꝑ auariciã.
vñ pſ. Sicͭ aſpidis ſurde ⁊ obturãtꝭ au. ſuas q̄
ñ exaudiet vo. ican. ⁊c̄. Nã Jſiḋ. dic̄. Aſpis dũ ce
perit q̄s illũ icãtare: vnã aurẽ in t̃rã p̄mit: alterã
cauda obturat: ne audiat vocẽ incãtãtꝭ. ſic aua/
rus vnã aurẽ. ſ. affectũ claudit t̃reno amoꝛe. aliã
ſcꝫ itellectũ obturat cauda h̄ eſt moꝛtꝭ ꝓ longãde
ſpe ne audiat ꝟbi dĩ ſmonẽ. ⁊ ſic iprouiſe moꝛit̃.
Jḋ Aug. O hõ q̄d lateſcꝭ q̄d doꝛmis breuis vita
moꝛs icerta p̄ueniẽt ⁊ illudẽt te. Tercio puẽit
ex hũoꝛe vl' fluxu apoſtema faciẽte ⁊ putreſcente.
ſic fac̄ diabol' aĩaꝫ ſurdã ꝑ luxuriã. Eccl. xxj. ver
bũ ſapientꝭ audiuit luxurioſus ⁊ diſplicebit ei.

Quarto puẽit coꝛpal' ſurditas ex vẽtoſitate in/
terclusa i aurꝭ ꝯcauitate. qñ eñ hõ m'tũ vtit̃ de
cepis q̄ faciũt vẽtoſitates ad caput aſcẽdẽtes ob
ſtruunt̃ aũi iũ ꝯcauitates vel meat' audit'. ⁊ ſic
talib' accidit ſurditas vel ſibilus q̄ſi flat' venti.
Cui' ꝑ remedio ſm medicos valet recipe foꝛ/
micaꝝ oua ⁊ ea ꝯtũdere ſil' ac colare. ⁊ guttã mit
tere i aures. ⁊ ſic curat̃ ſurditas veniẽs ex vẽtoſi
tate. Spũal'r ſic facit diabol' ſurdeſcere aĩaꝫ per
ventũ vane gl'ie ⁊ ſupbie. Nã Aug'. ḋt. ꝙ tumoꝛ
mẽtꝭ ẽ obſtaculũ ꝟitatꝭ. ſupb' ei ñ vult rep̄hendi
Sꝫ ꝑ remedio apponat opa hũilitatis q̄ ꝑ oua
foꝛmicaꝝ deſignãt̃ q̄ ſt̃ pue q̄ntitatꝭ. ¶ Ter/
cio q̄rit̃ quõ diabol' hoĩeꝫ ſpũal'r fac̄ mutũ. Re
ſpõdet̃ notãdo ꝙ mut' coꝛpalit̃ fit q̄s aliq̄ñ ex li
gue ad palatũ adheſiõe. ſic fac̄ diabol' qñ hoĩeꝫ
ñ ꝑmittit liguã mouere i ꝯfeſſiõe pctõꝝ vl' i oꝛõe
⁊ dĩ laude. Aliq̄ñ mut' fit q̄s ex ligue paliſi ⁊ ifri
gidatiõe q̄ ñ hꝫ motũ lingua. ſic diabol' fac̄ ho/
minẽ frigeſcere ꝑ vicia a dei amoꝛe vt loq̄ neq̄at
ad ꝓxioꝝ edificatõeꝫ ſꝫ ſola mala. Jtẽ aliq̄ñ mu
tus q̄s fit ex apoſtemate ſub ligua naſcẽte qḋ ra
na vocat̃. ſic diabol' fac̄ hoĩeꝫ mutũ ne loq̄t̃ iu/
ſtũ iudiciũ ꝓpt̃ mũera. aut ꝓpter timoꝛẽ. aut car
nalẽ amoꝛẽ. aut odiũ. nã his q̄tuoꝛ modis ꝑuer
tit̃ rectũ iudiciũ. vt Jſiḋ. dic̄. xj. q. iij. q̄tuoꝛ. Heu
q̄t mala fac̄ diabol' talit̃ int̃ hoĩes. Quarto q̄
rit̃ cur xp̄s dñs voluit in curatiõe hui' ꝺmõiaci
tales cerimonias facere: cũ ſola volũtate poſſit
ſanare. Ad qḋ rñdet̃ ſm doct. ꝙ ꝓpt̃ myſteria vt
nos iſtruat ꝑ talia quõ debeã' ⁊ poſſim' ſpũal'r
ſanari a pctis q̄b' tenemur ſub diaboli vincul'.
Nã teſte Greg. oĩs xp̄i actio ẽ nr̄a iſtructio. idcir/
co xp̄s p̄mo hũc hoĩeꝫ a turba ſegregauit vt do/
ceat ꝙ pctõꝛ ſi vult curari debite: debet ſe elõga
re a ꝯſoꝛtio maloꝝ. Nã ad ſatiſfactionẽ ꝟe pnie

req̄rit̃ cãs pctõꝝ excidere. vt ḋt Aug. Sꝫ ꝯſoꝛtia
maloꝝ ſt̃ cauſe iductiue ad pctm̃. vt patꝫ: cũ q̄s
tenet m'lieres malas. vel ſocietatẽ hꝫ cũ fure aut
vſurario ꝑticipãdo cũ ill'. ⁊ hmõi. Scḋo xp̄s di/
gitos ſuos i aures hui' miſit ad ſignificãdũ ifu
ſionẽ gr̄e ſpũſſcti. ſine q̄ aĩa nõ ſanat̃. Vñ de ſpũ
ſctõ canit̃. dextre dei tu digit': tu rite ⁊c̄. Tercio
xp̄s expuit ⁊ ſputo liguã illi' tetigit. in q̄ verã cõ/
feſſionẽ pctõꝝ deſiguit. q2 ſic̄ expuẽs ſputũ puri
ficat ſtomachũ: ita cõfitẽs mũdat aĩaꝫ. Quarto
ſuſpexit. ſ. in celũ vt doceat ꝙ pctõꝛ oꝛare dꝫ deũ
celi ꝑ venia. Ber. Quid ꝓdeſt dolere de culpa et
nõ ſupplicare ꝑ venia. q. d. nihil. Quĩto igemu/
it. ⁊ ſic p̄cepit apiri: ad docendũ ꝙ pctõꝛ de pctis
debet coꝛde dolere ⁊ etiã exti' gemere. ſicqꝫ oſtiuꝫ
coꝛdis xp̄o apire ꝑ dilectõeꝫ ac oẽs ſenſus apire
ſcꝫ os ad gr̄as agẽdũ. aures ad ꝟbũ dei audien
dũ. man' ad reſtituẽdũ. ⁊ ocl'os ad paupes ituẽ
dũ ⁊ miſerandũ. Nã xp̄s ꝓ nob totũ coꝛp' apiri
voluit. ſcꝫ caput ꝑ ſpinaꝝ pũctionẽ. os ꝑ clamo
rẽ in cruce ⁊ aceti ac fellis potatiõeꝫ. man' ⁊ pe/
des ꝑ ꝯfixionẽ. lat' ꝑ lãceã. Apiam' ḡ ⁊ nos xp̄o

¶ Circa ſcḋm de inhibi/ (p̄dictꝭ modis.
tione publicãdi q2 euãgeliũ dicit ꝙ xp̄s p̄cepit il
lis ne cui diceret. ſ. h̄ factũ miraculũ. ſed illi ñ ta
cuerũt. Querit̃ ḡ cur xp̄s dñs inhibuit h̄ mira
culũ factũ publicare ⁊ dicere: cũ tñ bñ ſciuit ꝙ ñ
tacendũ eſſet nec illi obticerẽt. Jtẽ an illi peccaue
runt i eo ꝙ ñ tacuerũt ꝯ̄ xp̄i inhibitionẽ vel p̄ce/
ptũ faciẽdo. Ad hec rñdet̃ ſm Aug. Chryſ. ⁊ do/
cto. alios notãdo ꝙ duplex eſt dei p̄ceptũ. q2 q̄d
dã eſt p̄ceptũ obligatiõis. ⁊ tale vult de' oĩno vt
ſeruet̃. ſic̄ ſunt p̄cepta ꝺcalogi. Aliud eſt p̄ceptũ
inſtructiõis ſcꝫ in q̄ de' ñ vult illud qḋ p̄cipit fie
ri ſed qḋ ꝑ ipm̃ ſignificauit. vt i ꝓpoſito vbi ſigni
ficauit nr̄a bõa opa ñ debere diuulgari ꝓpt̃ glo
riã vanã. ſꝫ tm̃ ꝓpt̃ gl'iaꝫ dei. Jdeoqꝫ iſti p̄dicañ
miraculũ ad dĩ laudẽ ⁊ gl'iaꝫ ñ peccauert̃. Jtẽ vt
Hiero. ḋt ꝑ h̄ etiã docuit ñ eẽ gl'iãdũ i ꝟtutib' vl'
miracul' ſꝫ eẽ hũiles. Sciẽdũ ḡ ꝙ q̄tuoꝛ ſũt q̄
occultare debẽ' ⁊ nemĩ dicere i publico. Prio
bona q̄ feci' ne ꝺ eis vanã gl'iaꝫ ſumam' Mat.
vj. Attẽdite ne iuſticiã veſt. fa. co. ho. vt vi. ab eis
Vñ Aureol' ḋt. Jn oĩ bono ope ſũt duo. ſ. vtili/
tas ⁊ gl'ia. Primũ ſcꝫ vtilitatẽ meriti ⁊ p̄mij de'
nob ꝯcedit. Scḋm ſcꝫ gl'iaꝫ ſibi ſoli ſuat. Qui ḡ
q̄rit gl'iaꝫ ꝺ bono ope q̄d dĩ ẽ vſurpat. ideoqꝫ mer
cedẽ ſuã ꝑdit. Scḋo occl'tare ꝺbe' mala ꝓpa q̄
geſſim' ne ꝓxios ificiã'. ſic faciũt q̄ publice ⁊ iue
recũde loquunt̃ ꝺ vicijs carnalib'. ꝯ̄ q̄s Eſa. iij.
Pctm̃ ſuũ q̄ſi ſodoma p̄dicauert̃ nec abſcõdert̃
Ve ḡ aĩe eoꝝ q̄m reddita ſũt eis mala. Hec ibi.
Vñ pctã ꝓpria nõ niſi ſecreta ꝯfeſſiõe ſũt dicẽda
niſi in foꝛo iudiciali fieret. Tercio ꝓxioꝝ pctã
ne ipos in publico ifamem' Prouer. xxv. Que
viderunt oculi tui ne pꝛoferas cito in iurgio ne
poſtea emendare nõ poſſis cum dehoneſtaueriꝭ
amicũ tuuꝫ. Sed heu multi ſtatim vt mala de

ꝓrimo audiūt nō pñt qeſcere qn reuelent.ſic ca/
nis ſagittatꝰ nō qeſcit donec euellatꝛ ſagitta. Jō
Eccli.xix. Sic ſagitta īfixa femori canis ſic ꝟbū
in ore ſtulti. Quarto amicoꝝ ſecreta ne infideli
ter ea ꝑdamꝰ. Prouer.xj. Qui ambulāt fraudu
lenter reuelāt archana.q aūt fidelꝭ ē celat amici cō
miſſum.h̄ em̄ ē charitatꝭ. Exēplū ad hec legitꝛ i
vitaſpa.ꝙ abbas Arſeniꝰ dū adhuc eſſꝫ ſecłaris
petiuit ſibi a dn̄o oñdi viā ſalutis.ꝛ audiuit vo/
cē dicētē. Arſeni fuge luge tace qeſce.fuge mūdū
luge pct̄m.tace ꝓximi pctā ꝛ ſecreta. qeſce a ſecłi
tumultu.ꝛ ſic itrauit religionē. Y

Circa terciū de obſeſſiōe diaboli: exq h̄ euāge
liū agit de ſurdi huiꝰ ꝛ muti p xp̄m curatiōe. Et
ſm doc.iſte obſidebatꝛ a diabolo q eū fecerat ſur
dū ꝛ mutū. Pro inſtructōe ſimpliciū aliq docu
mēta ſunt ponēda. Primū de mō obſeſſiōis.
de q notādū ſm doc.ſup.ij.ſen. circa di.vij.viij.
ꝛ.ix.ꝙ tres ſūt modi i genere qb demō aliqſ poſ

Primꝰ eſt poſſidere tm̄ corꝑalitꝛ (ſidet
Scd̄s eſt poſſidere tm̄ mentaliter
Tercius eſt poſſidere modo vtroqꝫ

Primus modꝰ ē q aliq poſſidentꝛ tm̄mō cor
ꝑaliter.ita ꝙ i corꝑe vexantꝛ ꝓpᵗ aliq pctā vēialia
ſiue ꝓpria ſiue aliena. Vñ Aug.xxj.de ciui.dei.c.
xiiij.dicꝛ.ꝙ qñqꝫ ad vidēdū manifeſte miſeriā hu
ius mūdi pueri etiā inocētes baptiſati poſſidētꝛ
a demōe. Et q talitꝛ poſſidentꝛ etiā ſi i tali vexati
one moriātꝛ nō dānantꝛ qꝛ nō fuerī i pctō morta/
li.imo aliqñ h̄ eſt hoi ad maiꝰ meritū. Sic exem
plū refert Seuerꝰ i dialogo ſuo de qdā pr̄e ſctiſ
ſimo habēte grāꝫ ad expellēdū demōes. Qui cū
tēptaretꝛ inani gl'ia orauit deū vt ſi ſibi expediret
ad ſalutē ad certas ſeptimanas obſideretꝛ a de/
mone vt ſic inanē gl'iaꝫ euitaret.ꝛ ita accidit. Et
ſic tā viciū qꝫ diabolū vicit Scd̄s modꝰ ē q ali
q poſſidentꝛ mentalitꝛ tm̄.ſ.i aīa p pct̄m mortale
ꝛ h̄ ē peiꝰ qꝫ pmo mō a mille demōib poſſideri
vel corꝑalꝛ a diabolꝭ vexari.vñ Job.xiij.dꝛ ꝙ in
Judā itrauit diabolꝰ.ſ.ſpūalꝛ qñ xp̄m tradere
diſpoſuit.et Joh.vj.de eo xp̄s dixit. Vnꝰ ex vob
diabolꝰ ē.ſ.p imitatōis ſilitudinē. Sic ē ō qlibꝫ
exn̄te i pctō mortali. talꝭ qppe dānari habꝫ cū di
abolo niſi peniteat. O q̄ qꝫ malū ē pct̄m qd̄ ex ho
mine facit qſi diabolū. Proīde ꝛ rōnabilitꝛ opia
tur ꝙ diabolꝰ ſepiꝰ corpꝰ hoīs ſubintrās inſen/
ſibilitꝛ ꝯſiderat ſtatū viſcerꝝ epatiſqꝫ ꝛ ſtomachi
vt ex ide ſicꝛ medicꝰ q ē mille artifex agnoſcat ſi hō
ille citiꝰ habeat mori ex corruptōe inferiorū.ꝛ tāto
plꝰ talē tēptat p vicia qnto ppēdit citiꝰ illū mori
turū. Vñ ꝛ vulgari ꝓuerbio dꝛ. Jſte bñ ſe mori/
turꝰ i prīo ſenſerat q mores bonos mutauerat.

Terciꝰ modꝰ ē q aliq a diabolo poſſidentꝛ ſcꝫ
vtroqꝫ mō p̄dicto. h̄ ē cū qs p pct̄m mortale in
aīa poſſidetꝛ.ꝛ cū h̄ etiā i corꝑe vexatꝛ.ne audire
poſſit.ſ.ꝟba ſalutifera a ꝓxīs.nec loqi i ꝯfitēdo
ꝛ hmōi.ſicut fuit iſte demoniacꝰ de q loqtꝛ euan
geliū hodiernū. Heu ſic ſūt mlti arte diabolica

pctīs ſuis demerētib incātati ꝛ maleficiati.ſ.cō
iugales p̄ſertim vt ſe odiāt vꝭ alienā ꝯcupiſcant
ꝛ hmōi Z Scd̄m documētū de cā ꝑmiſſio/
nis.ſ.qre deꝰ ꝑmittit diabolo tātā facultateꝫ.vt
hoīeꝫ obſideat vꝭ maleficet. Et rñdetꝛ ꝙ ꝓpᵗ pl'a.
Prīo aliqñ ꝓpᵗ pctā enormia de qb nō vult ſe
talꝭ hō emēdare. Scd̄o ꝓpᵗ dei irreuerētiā put re
fert Gre.in pmo li.dialꝭ.de qdā ſctimoniali q la
ctucā nō edito crucꝭ ſigno ꝯmedit ꝛ diabolꝰ itra
uit ꝛc. Tercio ꝓpᵗ vocatōeꝫ vꝭ noiationē diabo
li crebrā.ſicꝛ heu mlti ꝯſueuerūt diabolū ſepe no
miare ꝛ i eiꝰ noie maledicere ꝓut refert idē Gre.
de qdā Stephāo p̄ſbytˀo licꝫ bone vite.tm̄ ſełcū
vellet diſcaligari dixit famulo ſic. Veni diabole ꝛ
diſcaliga me. Mox diabolꝰ velocitꝛ cepit ſoluere
illi caligas. Et ille expaueſcēs clamauit. Rece/
de miſer nō tibi ſꝫ famulo locutꝰ ſū. Et ꝓtinꝰ di
abolꝰ receſſit. Quarto ꝓpᵗ pctōꝝ purgatōeꝫ fa/
ciēdā ꝛ acqrēda merita vt ſupra tactū eſt.ꝛ i hoc
ſimul oſtenditꝛ miſeria huius vite ꝛ Terciū
ē documētū de remedijs adhibēdis Ad qd̄ Caſ
ſianꝰ i collatōib ꝛ doc.tradūt pl'a. Vnū ē vt hō
talꝭ crebro cū ꝯtritōe ꝯfiteatꝛ.orōe etiā ieiunio ꝛ e/
leoſynis ſatiſfaciat. Scd̄m vt ꝯmūicet deuote
vicꝫ ſacr̄m euchariſtie.nec debꝫ talib negari ſm
doc.vt i ſūma Aſter.hꝫ dūmō poſſeſſus habꝫ cō
ueniēter vſū rōis vꝭ lucida īterualla.ꝛ reuerētiā
faciat ſacro.alꝭs ſcꝫ ſi ē amēs ꝯtinue nō dꝫ tali da
ri euchariſtia Terciū remediū vt ad p̄ſentiaꝫ
alicuiꝰ ſcti ducatꝛ q intcedat ad deū ꝓ illo ſua o/
ratōe ꝛ ieiunatōe.vñ Mar.ix. Hoc genꝰ demo
nioꝝ nō eijcitꝛ niſi i orōe ꝛ ieiunio. Quartū eſt vt
aſꝑgatꝛ crebro aq bñdicta ꝓ diaboli effugatōne
Talia qppe remedia valēt etiā ꝯ incātatōnes fa
ctas ꝛ maleficia ſiue aliq ſint incātati ad tenēdū
odia intꝛ ꝯiugales ꝛ hmōi:ſiue ad īpotētiā reddē
di debitū ꝯiugale ꝛ ꝓ qbuſcūqꝫ maleficiatis. vt
patꝫ.xxxiij.q.j.c.vlti. Rogemꝰ ē dn̄m ieſū vt cu/
ſtodiat nos a malis:ꝛ det grām ꝛc

Dn̄ica eadē Sermo.ij.ſ.ō deo laudādo i ope
rib creatōis:gubernatōis ꝛ ſaluatōis hominū
ꝯtra quoſdā remurmurātes

**Ene oia fecit.et**
b ſurdos fecꝛ audire ꝛ mutoſ loq Mar
ci.vij.ꝛ i euāgelio. Verba hec dixerunt
ō dn̄o ieſu dei filio hoīes q adduxerāt ad eū qn
dā ſurdū ꝛ mutū quē ipe miraclꝭoſe curauit. Jn
q docemur ꝛ nos vt deū laudemꝰ i oīb ſuis ope
ribꝰ qꝛ deꝰ oia bñ facꝛ ꝛ fecꝛ.vñ Gen.j. Vidit deꝰ cū
cta q fecerat ꝛ erāt valde bōa A Et h̄ triplici
rōe. Prīo qꝛ a bono dō facta ex mera ſua bōita
te. Nā vt phs.j.celi dicꝛ. Optimi ē optima facere
Jtē mgr̄ i.ij.di.j.dicꝛ ꝙ tāta ē bōitas ſūmi bōi di
vt ſit ei.ſ.ꝓpriū ꝓdeſſe velle ꝛ oipotētiſſimi noce
re ñ poſſe.hec ibi.vbi Bona.dicꝛ ꝙ deꝰ bonꝰ non
pōt nocere alicui creature nocumēto culpe faciē/

do bonū faciat nocumētū pene ⁊ hoc ꝓpt̄ bonū
Scd̄o oīa de⁹ fecit bona eſſentiali bonitate. Uñ
Aug⁹. ⁊ magr̄ vbi ſ̄. di. ꝙ oīa inq̄ɀtū ſunt bona
ſunt. Etenī ſm pħm Ens ⁊ bonū cōuertunť. vj.
methaph. Cū ḡ de⁹ dedit oī creature eſſe. ħ aūt ē
bonū. ḡ ⁊c̄. Tercio qꝛ de⁹ fecit oīa ad bonū. ħ eſt:
ad dei glīaɀ ꝑ manifeſtāda ſua bonitate. Pro/
pterea merito dr̄ de xp̄o in themate ⁊ euangelio.
Bñ oīa fecit. ſ. dei fili⁹ xp̄s bñdict⁹ qꝛ ex bonitate
et ad dei glīaɀ tale bonū miraculoſū fecit ꝙ ſur/
dos fecit audire ⁊c̄. patet in euāge. Itaqꝫ iuxta
hec v̄ba exq̄ plures hoīm ꝯq̄runť ꝯ deū q̄ſi rep/
hēdeñ. ꝙ nō oīa bñ faciat i mōo declarañ. ꝯ coꝝ
blaſfemias oſtēdem⁹ ꝙ de⁹ bñdict⁹ laudādus ē
in oīb; oꝑib;. qꝛ oīa bñ facit. ⁊ oſtēdem⁹ p̄cipue i
trib; generib; opeꝝ dei ad q̄ cetera reducunť. et
ſic tria myſteria notemus.

Primo de oꝑe creationis.
Scd̄o de oꝑe gubernationis.
Tercio de oꝑe ſaluationis.

B Circa p̄mū de oꝑe creatiōis de q̄ pl'imi cu
rioſi muſitāt diceñ ⁊ q̄reñ. q̄re de⁹ creat aīaɀ quā
ſcit i pctō mortali moriēdo dānādā. nōne meli⁹
eſſet talē non creaſſe. Etenī hr̄ de Juda. de q̄ xp̄s
dixit. Meli⁹ erat ei ſi nat⁹ ñ fuiſſ; hō ille Mat.
xxvj. Itērō ē. qꝛ aīe in iferno dānate vt dr̄ Apoc.
ix. in dieb; illis q̄rēt mortē ⁊ ñ inuenient eā et deſi/
derabūt mori ⁊ mors fu. ab e. Qual' ḡ grā facta
eſt aīab; paganoꝝ ⁊ alioꝝ dānādoꝝ in ħ ꝙ cre/
auit eas de⁹ cū ꝓuiderit dānādas i pctō morta
li. nā peccare ⁊ ꝑ pctīs dānari in ifernū etn̄al'r ē
malū infinitū coꝙ eſt pena infinite trāſgreſſiōis
Meli⁹ eſt ḡ talib; ñ fuiſſe vl' annihilari q̄ɀ mor/
talē peccare ⁊ ꝯſeq̄nť dānari Nā ſm Anſ. li. ſili
tudinū. iuſtus ꝑeligeret annihilari q̄ɀ mortal'r
peccare. ḡ ⁊c̄. Hec oīa tāgit Frā. maro. ſup. j. diſ.
xl. ⁊ xlj. q. iij. Sɀ ad hec recolligēdo dicta eiuſdē
Fran. ⁊ alioꝝ doc. rñdeť. ꝙ talia q̄rere ē inſipiēt̄
⁊ ſtulti. Prīo q̄dē qꝛ inſipiētis eſt cām q̄rere vbi
nō eſt cā. vt ſi q̄s q̄reret. q̄re de⁹ ē de⁹. aut q̄re hō
eſt aīal rōnale. Nūc aūt vt Aug. de ciui. dei. dicit
Si cā diuie volūtat̄ q̄rať nō īueniť. Et iō ſi q̄ra
tur. q̄re ħ fecit de⁹ Rñdeť qꝛ ſic voluit. Et ibi eſt
ſtat⁹. qꝛ diuīa volūtas eſt p̄ma regl'a i oīb; ꝯtin
gentib;. vt oꝑtīe de⁹ dicat illō ꝓuerbiū cōe. Sic
volo ſic iubeo ſit ꝓ rōne volūtas. Scd̄o q̄ɀ ta
lia q̄rere ē inſipiēt̄. qꝛ occulta iudicia dī excedūt
facultatē nr̄e intelligētie ideoqꝫ ſtultū īueſtigare
cū ſint incōp̄rehēſibilia. vt dr̄ apl's. Uñ. vj. q. j. c.
Si oīa. Anaclet⁹ papa dr̄. ꝙ ſupuacuis laborat
impēdijs q̄ ſolē facib; certat adiuuare. ſic ſtult⁹
eſt q̄ occulta dei iudicia vult īueſtigare. Exēpluɀ
narrat Tulli⁹ de naťa deoꝝ. ꝙ rex q̄dā īnťroga
uit q̄ndā pħm q̄d eſſet de⁹. Et ille petiuit induci
as triū dieꝝ. Quib; expletis: adhuc petiuit triū
dieꝝ inducias. Et iteꝝ ac iteꝝ. Ad quē rex. vt vi/
deo me deludis. Et ille. Dñe nō. ſed de⁹ tā imen
ſum ⁊ ſummū bonū eſt ꝙ q̄nto plus de eo cogi/
to tāto deficio ⁊ mi⁹ īuenio. Deniqꝫ tercio qꝛ ſi
hoīes nō pñt rōneɀ reddere de oīb; reb; creat̄ vt
ponit Aug⁹. li. d̄ ciui. dei. pl'īma. viɀ Uñ eſt ħ ꝙ
ip̄m argētū q̄nto eſt cādidi⁹ nigriores lineas fa
cit. ⁊ q̄re palee ſunt tāte caliditat̄ vt in hyeme po
ma ⁊ oua a frigore cōſeruāt ne gelu ꝯſtringanť.
ſed in eſtate ſunt tāte frigiditat̄ vt glacies cōſer/
uent. Itē cur adamas nec ferro frangiť nec igne
ꝯſumiť ⁊ tñ hyrcino ſanguīe frāgiť. Itē vñ eſt ꝙ
calcē viuā aq̄ accēdit ⁊ oleū extinguit. Et pl'a ta/
lia ibi adducit Aug⁹. q̄ ꝑtrāſeo cā breuitat̄. Si
ḡ nō ſufficim⁹ rōneɀ reddere de creatur̄: q̄nte ḡ
fatuitat̄ ē vt velim⁹ rōneɀ inueſtigare d̄ deo q̄d
et q̄re agit de nob̄ ſic vl' ſic. Attamē ad q̄ſtionē il
lā curioſoꝝ hoīm q̄ntū hūana rō cape pōt C
Rñdeť ſm theol'. doctoꝝ ſnīaɀ. ꝙ ſcɀ nō foret
meli⁹ vt de⁹ nō feciſſet vl' nō faceret illā aīaɀ quā
ſciuit ꝑ pctō eſſe dānandaɀ. Et ꝑ ꝯñs de⁹ eſt lau
dandus etiā in tali oꝑe creatiōis ſicut ⁊ in alijs
oīb;. quia omnia bene fecit et facit

Primo rōne diuine beniuolētie.
Scd̄o rōne ordinate iuſticie.
Tercio rōne hūane arrogantie.
Quarto rōne diuine ſapientie.

Prīo rōne beniuolētie. qꝛ deus ex bonitate oīb;
vult bona. nec vllā aīam creat p̄ncipal'r ad hoc
vt dāneť. ſed oēs creat ad btitudinē ꝯſeq̄ndā vo/
lūtate añcedēte q̄ntū ē ex ſe. Juxta illō. j. Thim.
ij. Qui vult oēs hoīes ſaluos fieri ⁊ ad agnitio/
nē v̄itat̄. ſ. xp̄i venire. Uñ vt dicitat Fran. maro.
vbi ſ̄. Bñficiū creatōis nō tēdit inq̄t in detrimē
tū aīe create vl' alicui⁹ rei. imo in bonū. ſ. vt ha/
beat eſſe naťe q̄ō eſt bonū magnū: ꝑ q̄ ē deo val
de regr̄tiandū. Sɀ ꝙ aīa tal' dānať ꝑ pctō: ħ eſt ꝑ
accidēs ex pctō aīe ⁊ nō ex p̄te dei. Nā de⁹ nulluɀ
vult reprobare nec dānare niſi iuſta ex cauſa de/
meritoria dānatiōis ſcɀ ob pctm̄ ꝓpť q̄ō dānať
ille. Rō ſm Scotū ⁊ Fran. vbi ſ̄. q̄a nullus iu/
ſtus iudex aliquē ſine rōne ⁊ ſine culpa cōdēnat
vel punit. ḡ mlťo forti⁹ deus nemineɀ dānat ſine
demerito: cū ſit miſericordiſſim⁹ etiā pctōribus
Uñ Scot⁹ ⁊ Franciſ. vbi ſ̄ dicūt hoc notabile. ſ.
ꝙ deus in p̄deſtinādo ad vitam eternā plus di
gnitate q̄dem eligit hoīem q̄ɀ ꝓuideat merita il/
lius. licet tp̄e ſiml' ſtatim ꝓuidet merita q̄bus ta
lis ſalueť. Sed in p̄ſciēdo ad damnationeɀ pri⁹
ꝓuidet demerita hoīs q̄ɀ reprobet. quia pena
ſequiť culpaɀ. Unde Aug⁹. ſup Geñ. xlj. dicit. ꝙ
de⁹ nō p̄us eſt vltor q̄ɀ aliq̄s ſit peccator. Ex di/
ctis patet beniuolētia dei erga oēs aīas. Et ſic
ad obiecta ſup̄ poſita patet reſpōſio. quia dāna
ti nō appetūt nō eſſe ſimpl'r ⁊ ſm ſe. Sic eñi nō
eſſe nullo mō eſt appetibile: cū nullā habeat rō/
nem boni coꝙ eſt pura p̄uatio. ſed ipſi appetent
nō eſſe ſic. ſ. in miſeria pene. Itē ſup Math. xxvj
de Juda ⁊ dānat̄ Lyra dicit. ꝙ rōne culpe mor
talis q̄ inſepabiliter adheret dānatis et p̄uat bo
num infinitū. ſ. diuinum. Sic eſſe pei⁹ eſt q̄ɀ ſit

nõ eſſe ſimplr̃. vt etiã ꝓcedit obiectio ſupra. Ue/
rũtamẽ ſm̃ Fran. maro. vbi ſ. qꝛ ipm̃ bñficiuꝫ
creatiõis nõ tẽdit ex ſe in detrimẽtũ aĩe create. ſꝫ
ꝑ accidẽs venit dãnatio ipſa ſicͭ ⁊ culpa. Jdeo ni
hilominꝰ bñ facit deꝰ ꝙ creat aĩaꝫ in eſſe. ſed ma
le facit aĩa ipſa ꝙ poſtea peccat nec penitet ⁊ ſic
dãnaťꝛ. Exẽplũ. Rex aliqͥs facit ſibi caſtꝝ ad iha
bitãdũ licꝫ ſciat ꝙ poſtea a caſu ſit cõburendũ. ⁊
ſi ſciret ꝙ caſtrũ illud in tali cõbuſtiõe nõ defice/
ret. imo ſua potentia ſapia ⁊ iuſticia ex hmõi i cõ
buſtione appꝫeret. ſcꝫ qꝛ ſciuit punire icendiarioſ
et etiã ꝯſeruare ne deficeret caſtrũ: nõ ꝓpꝫea ab/
ſtineret ſe ꝯſtruere vel facere caſtruꝫ tale. ſic ⁊ deꝰ
facit aĩam vt ſua ſapia ⁊ iuſticia reluceat i eius
punitiõe ꝑ ignẽ infernalẽ in ꝙ nõ deficiet. D

Scdo rõne iuſticie ordinate. qꝛ ordo iuſticie
reqͥrit vt magͥ ꝯſeruetᷣ bonũ vlẽ qꝫ ꝑticulare. qͣ
vnicuiqꝫ meliꝰ eſt bonũ totiꝰ qꝫ ꝓpꝛiũ. qͦd patꝫ p/
mo in phiſicͥ. qꝛ videmꝰ ꝑ expiẽtiaꝫ ꝙ manus ſe
exponit ꝑ capite. qꝛ deſtructio capitͥ eſſet deſtru
ctio totiꝰ. nõ ſic aũt deſtructio manꝰ. Jtẽ i polit.
videmꝰ ꝙ iuſticia dictãte ꝑncipes reipublice la/
trones ⁊ homicidas occidũt: fures ſuſpẽdunt ⁊
hmõi ꝑ ꝯſeruatõe totiꝰ cõitatͥ. Jdeoqꝫ exq̃ ſic eſt
ꝙ dãnatio malaꝝ aĩaꝝ cadit i bonũ vniuerſi et
decorẽ ⁊ ordĩeꝫ iuſticie. ergo bonũ eſt ꝙ deꝰ tales
creat ſub iſta hitudine vt ſcꝫ iuſticia dei manife/
ſteᷣ licet forte iſta vel illa aĩa oppoſitũ ſibi vellet
Uerũtamẽ ſi talꝭ aĩa eſſet bona grãs ageret deo
ꝙ ipſe eſſet obiectũ diuĩe iuſticie Hec Fran. vbi
ſuꝑ. Uñ deꝰ bñ facit creãdo. Tercio rõne hu/
mane arrogãtie nõ eſſet bonũ nõ feciſſe dãnan/
dũ. qꝛ ſic hũana ꝑſumptio crediſſet ſe ſuis me
ritͥ poſſe ſaluari ſi nullus eſſet q̃ dãnareᷣ: cõtra
illud Thytũ. iij. Nõ ex opibꝫ iuſticie q̃ feci. ſꝫ ſm̃
mi. ſ. ⁊c̃. Exq̃ ei oĩs hõ ſaluareᷣ putaret h̃ ſibi fo/
re ex nãa ⁊ nõ ex miſcdia vel grã dei. ſicqꝫ deo ñ
eſſet tã gratꝰ. Quarto rõne diuĩe ſapie q̃ ex ma
lis elicit deꝰ pl'a bona tanq̃ ex ſpinis roſas. Pri
mo qꝛ ſi deꝰ nullũ creaſſet dãnandũ hoiem: nec
xp̃m aliqͥs occidiſſet: nec martyres facti in eccle/
ſia fuiſſent. Scdo qꝛ ex malꝭ hoibꝫ mlťi ſunt ſan
cti generati. ſicut de genere Eſau ſanctꝰ Job. de
Achaꝫ malo Ezechias bonꝰ. ⁊ ſic de alijs. Si ei
oĩs ſpina excidereᷣ nulla roſa naſcereᷣ. ſic i ꝓpoſi
to. Tercio qꝛ ex penis dãnatoꝝ augeᷣ in celo le
ticia btõꝝ. ſ. ꝙ ipſi euaſerũt. pſ. Letabiᷣ iuſtꝰ cũ
viderit vin. ⁊c̃. O ḡ qꝫ laudabilꝭ ẽ deꝰ in oibꝫ ſuis
opibꝫ. O pctõꝛ time ⁊ pñiam age. E

Circa ſcdm̃ de ope gubnatõis q̃ etiã deꝰ bñdi
ctus oĩa bñ fecit ⁊ facit. Plures ſᷣ hoies q̃ mur
murant inſipienᷣ de dei diſpoſitiõe. ſcꝫ Aliq̃ de
ineq̃litate bonoꝝ corꝑaliũ. alij de ineq̃litate fili/
orũ. alij de vite ineq̃litate ⁊ bonoꝝ tꝑaliũ. alij d
ineq̃litate donoꝝ diuinaliũ. Prio ḡ aliq̃ q̃rũt
de bonis corꝑalibꝫ arguẽdo. q̃re deꝰ q̃ſdaꝫ facit
naſci deformes ⁊ leproſos aut infirmos ⁊ defe/
ctuoſos. ſ. cecos vꝭ claudos. Alios aũt pulcros
et ſanos. Ad qͦd rñdeᷣ breuiᷣ ꝙ deus facit aliqͥs
deformes ⁊ debiles vt talibꝫ tollat materiã pec/
cãdi. Uñ Greg. Si in corꝑe deformi vix poteris
a vana glĩa ⁊ luxuria cõſeruari: q̃d fieret i corꝑe
ſpecioſo. Jdeoqꝫ ⁊ i talibꝫ laudãdus eſt deꝰ. ſed
pulcros facit deꝰ: vt ex h̃ cogitemꝰ ꝙ deꝰ eſt ſuꝑ
oĩa pulcerrimꝰ ⁊ nos cogitemꝰ i celeſti glĩa pul
critudĩe maxĩa futuros ſi ad eã tẽdimꝰ. Scdo
alij q̃rũt q̃re deꝰ dat ſepe filios ⁊ filias paupibꝫ i
multitudine q̃ tñ illos paſcere nequnt. Diuitibꝫ
aũt q̃ libẽter eos hñt ⁊ paſcere poſſent dat pau
cos vꝭ nullũ. Ad h̃ rñdeᷣ ꝙ deꝰ bñdictꝰ dat pau
peribꝫ mlťos filios. Primo ꝑ ſigno dilectionis
vt in mlťitudine filioꝝ plura gaudia habeãt in
celo vidẽtes illos cũ eis i deo gaudere q̃s h̃ edu/
cauerũt. Scdo ꝑ ſig̃ ſpei enutritiõis vt ſpem ha
beãt ꝙ deꝰ q̃ dat illos enutriet. q̃ dat eſcã oĩ car/
ni. Nõ ḡ debẽt hoies diffidere cũ etiã brutͥ h̃ deꝰ
faciat. Pſ. Qui dat iumentͥ eſcã ipſoꝝ ⁊ pullis
coruoꝝ iuocãtibꝫ eũ. De coruis glo. dꝛ. ꝙ mr̃es
illoꝝ nõ nutriũt illos donec pẽnis icreſcẽtibꝫ ni/
greſcere incipiãt. ſed interim deꝰ rore nutrit eos

Tercio ꝑ ſigno meritorie acq̃ſitiõis. ſ. vt per
mlťitudinẽ pueroꝝ educãdo balneãdo lactãdo
⁊ ad bonũ erudiẽdo merita ⁊ p̃mia pl'a paupes
parẽtes acq̃rãt. Nã Rom. viij. Diligẽtibꝫ deum
oĩa cooꝑanᷣ in bonũ. F Sꝫ diuitibꝫ ñ dat
deꝰ pueros. Prio ꝓpᷣ ꝑentes. ſ. ne ampliꝰ peccẽt
auare ꝯgregãdo plura reſpectu filioꝝ ditãdoꝝ.
Si eñ carẽn filijs tãta ꝯgregãt q̃d facerẽt ſi fili/
os haberent. Scdo ꝓpᷣ paupes ne illos nimis
opp̃mãt diuites faciẽdo exactões in ſubditͥ ꝓ fi
lijs ditãdis ſuis. Jn huiꝰ ſignũ videmꝰ ꝙ deꝰ ñ
ꝑmittit mlťiplicari aĩalia rapacia vt cõiᷣ ſic lu/
pos ⁊ hmõi cũ tñ oues ſint mlťe q̃ ⁊ q̃tidie occi/
dunᷣ i macello. ⁊ lupi pauciores. vt pꝫ ꝑ pbm̃
in pbleumatibꝫ. Tercio ꝓpᷣ ſoboles ne dãnari
habeãt ꝓpᷣ ſucceſſionẽ ⁊ detẽtionẽ iniuſtaꝝ reꝝ
q̃ a ꝑentibꝫ eis ꝓueniũt. Nã ⁊ heres teneᷣ ad vſu
re reſtitutõeꝫ ⁊ aliaꝝ iniuſte acq̃ſitaꝝ reꝝ. extra
de vſurͥ. cũ tu. ⁊ c. tua nos. Parcit ḡ deus dãna
tioni taliũ. Tercio aliq̃ q̃rũt redarguẽdo de/
um de ineq̃litate vite ⁊ bonoꝝ tꝑaliũ dĩ. Quare
deꝰ vitã iſtã ⁊ bona tꝑalia ineq̃liᷣ diſtribuit: Nã
debiles claudos ⁊ hmõi i paupꝫtate ꝑmittit diu
viuere. alijs aũt dat tanta bona ꝙ decẽ vꝭ centũ
poſſent inde ꝯtẽtari vt patet in diuitibꝫ ⁊ potẽti/
bus q̃bꝫ tñ nõ dat vitã lõgã Eccĩ. x. Oĩs potẽta/
tus vita breuis. Ad hec rñdeᷣ ꝙ deus q̃buſcũqꝫ
hmõi dat lõgã. ſ. vitã: h̃ facit ꝓpᷣ pñie ꝯuerſiõeꝫ.
Eſa. xxx. Propterea expectat nos dñs vt miſere
aᷣ nr̃i. ſ. ꝑ pñiaꝫ. ⁊ ꝓpter meritoꝝ ac p̃mioꝝ au/
gmẽtatiõeꝫ. ſ. ꝑ bona opa. Jtẽ paupes i miſeria
vult eſſe ⁊ viuere ꝓpᷣ vtilitatẽ diuitũ vt eos ſuſ/
tẽtãdo mereanᷣ vitã etnã ne fiãt diuites ſicͭ ar/
bores infructuoſe. vt dꝛ Chryſ. ſuꝑ Matth. De/
niqꝫ ꝙ aliqͥbꝫ mlťa bona tꝑalia dat: h̃ facit vt ꝑ
talia ad dei amorem ⁊ ad ꝯuerſionẽ ꝓuocenᷣ ex

bñficio ⁊ vt opa pietatis exercẽdo ſaluent̃ .⁊ plu
ribꝫ alijs rõibꝫ ;de qbꝫ alibi agemꝰ. ꝙ aũt multi
abutunt̃ eoꝝ culpa ẽ. O ḡ ꝗꝫ amabil'.o ꝗꝫ ve lau
dabil' deꝰ i oibꝫ .Deniqꝫ ⁊ ꝓpt̃ea potẽtibꝫ ⁊ diuiti
bus breuẽ vitã dat vt nõ eleuẽt̃ in ſupbiã ſꝫ in ꝓ
ſpitate timeãt ⁊ ſollicite feſtinẽt expẽdere ſua :ne
aliꝰ poſt mortẽ rapiat illa.ṗs. Relinqnt alienis
diuicias ſuas ⁊ ſepul.e.⁊c̃. Eteni vt Amb. dicit.
Sola miſcdia comes ẽ defunctoꝝ. De q̃rto.ſ.
d̃ inegl̃itate donoꝝ diuioꝝ patebit ar.ſubſeq̃nti
H Circa terciũ de ope ſaluatõis in q̃ deꝰ ẽ ſũ/
me laudãdꝰ qꝛ oĩa bñ facit. Mlti de h̃ q̃rũt cuꝫ
xp̃s dñs ꝓ oibꝫ ſit mortuꝰ ꝑ̃ſtim credẽtibꝫ in eũ
vt ſaluent̃ .q̃re ḡ nõ ſaluat oẽs xp̃ianos virtute
ſue paſſiõis. Sꝫ aliqbꝫ etiã magnis pctõribus
dat donũ gr̃e vt peniteãt ⁊ liberẽt̃ a pctis. aliqbꝫ
nõ dat ſꝫ i pctis ſuis moriũt̃. Jtẽ aliqbꝫ dat gr̃i
am ꝯuerſiõis ſꝫ nõ dat gr̃aꝫ pſeueratõis ſine q̃
nõ ſaluãt̃. Aliqbꝫ ãt malis i fine dat gr̃aꝫ vt ſal/
uent̃ .ſic latrõi iuxta crucẽ xp̃i pẽdẽti . Aliqbꝫ aũt
nõ dat. mirũ eſt ḡ h̃. Ad h̃ rñdet̃ ꝙ vt q̃dã glo. de
ſũ.tri.⁊ fide catho. dic̃. Qui talit̃ q̃rit ꝑinde eſt ac
ſi q̃rat q̃re deꝰ nõ dedit tantã lucẽ lune vt ſoli vl'
ſtelle. vel q̃re nõ facit oẽs hoĩes reges. vl' oẽs la/
pides i mari eẽ ꝑcioſos. Prio ḡ dicẽdũ ꝙ deus
nulli facit iiuriã dãdo aliqbꝫ gr̃aꝫ ⁊ alijs nõ :qꝛ
nulli obligat̃ dare ſꝫ ex mera libalitate dat optie
Scdo ꝙ deꝰ ex ſua bonitate oibꝫ q̃rẽtibꝫ ⁊ faciẽ
tibꝫ qd̃ i ſe ẽ ꝑſto eſt dare gr̃aꝫ ⁊ tandẽ gl'iaꝫ ꝗꝫ tũ
eſt ex ſe: ſꝫ ꝙ aliqs nõ hꝫ eã ſua g̃ndis culpa eſt.
Oſee.xiij. Perditio tua ex te o iſrl' ex me ſaluatio
tua dic̃ dñs. Tercio dicẽdũ ꝙ deꝰ iuſtiſſime fac̃
nõ dãdo gr̃aꝫ ſaluificã hoĩ q̃ nõ vult eã. Juſtuꝫ
eñi ẽ vt hõ ſuo arbitrio dimittat̃ .tal' eſt q̃ pñiaꝫ
nõ agit: vt. dic̃ Chryſ̃. ſup Mat . Et de iſt̃ latiꝰ
alibi. Quarto ḡ ꝯcludẽdũ ẽ ꝙ deꝰ bonꝰ i oibꝫ iu
ſte ⁊ bñ facit: iſti dãdo illi nõ. licꝫ eã nob ſit occul
ta tñ ẽ iuſtiſſima. qꝛ dic̃ ṗs. Juſtꝰ dñs i oibꝫ vijſ
ſuis ⁊ ſcũs in oibꝫ opibꝫ ſuis. Uñ i oibꝫ ẽ deus
laudãdꝰ. D Exẽplũ ad hec refert Jaco. de
vitriaco ꝙ q̃dã heremita d̃ talibꝫ iudicijſ di ma
nifeſtãdis deũ exorauit. Et pꝰ mltas p̃ces ange
lus dei affuit di. eidẽ. Seq̃re me. Et ecce i via vi
dẽt mercatorẽ trãſeũtẽ ⁊ ab eo cadẽs marſupiũ
aureis plenũ .qd̃ q̃dã paſtor ſuꝑueniẽs tulit et
fugit. Tãdẽ ille mercator rediẽs q̃rere cepit ⁊ q̃n
dã trãſeũtẽ eadẽ via interogauit:q̃ dixit ſe ñ vidiſ
ſe. Qui ⁊ ꝫ ſe idignatꝰ eo ꝙ nõ reppiſſꝫ tãtũ the
ſauꝝ abſcidit ſibi pedis digitũ. Tũc ait ille here
mita. heu ꝗꝫ ſine cauſa iſte claudꝰ factꝰ ẽ Angelꝰ
dixit. Uide di iudicia ille ꝑdidit pecuniã quã pa
ſtor accepit qꝛ de paſtoris huiꝰ laboribꝫ ⁊ poſſeſ
ſiõe pecũia fuerat iiuſte ꝯgregata depdañ. Jſte
aũt claudꝰ factꝰ ẽ qꝛ pede mr̃eꝫ ꝑcuſſerat p̃gnã/
tem. Deide venerũt ad cellam cuiuſdã heremite
quẽ iuenerũt a leõibꝫ dilaceratũ. Ait ḡ ille. Heu
hic.l.annis ſuuit deo i heremo ⁊ ecce quõ ꝑijt.
Poſtea in q̃dã cella ſuꝑ altũ ſaxũ reppererũt q̃n/
dam heremitã: cui angelus loq̃uẽs de tẽptatõi/
bus ⁊ ꝑſeuerantie fructu cepit ille flere di. Jã.xl.
ãnis pulſatꝰ ſũ tẽptatiõe vt ad ſeculũ redirem.
Tũc angelꝰ p̃cipitauit illũ de alto ⁊ mortuꝰ eſt
Uñ heremita iſte cepit fugere di . Uidet̃ mihi ꝙ
tu ſis diabolꝰ q̃ hũc ſctm̃ occidiſti. Ad quẽ ange
lus dixit. En oñdit tibi deꝰ iudicia ſua. ille enim
ſctũs a leõe voratꝰ ẽ vt euaderet purgatoriũ :qd̃
ſepe orabat . iſte ãt ſcꝫ p̃cipitatꝰ ẽ ne ſi plꝰ vixiſſet
tẽptatõe deuictꝰ ꝑijſſꝫ. nũc aũt penituit flẽs lõgꝫ
ſaluatꝰ ẽ. Tãdeꝫ venerũt ad q̃ndã q̃ eos bẽigne
recepit ꝓpinãs de cipho argẽteo :quẽ ciphũ ãge/
lus furatꝰ ẽ. Poſtea venerũt ad q̃ndã militẽ v/
bi peſſime ſũt tractati ⁊ ꝯuicijs affecti. cui ange/
lus ciphũ furatũ dedit. Deide apd̃ q̃ndã ciuem
bñ hoſpitati petiuerũt vt ꝑ pontẽ illiꝰ vnigẽitꝰ
filiꝰ eis viã oñderet. Qd̃ cũ ille faceret angelꝰ eũ
in flumẽ p̃cipitauit de põte ⁊ mortuꝰ ẽ. Tũc ſtu
pẽti heremite angelꝰ dixit. Ciphũ acq̃ſitũ iiuſte
illi tuli ne damnaret̃. ⁊ illi militi malo dedi ꝓ re
muneratõe tꝑali bonoꝝ opeꝝ q̃ fecit i pctõ mor
tali. Jtẽ boni ciuis vnigenitũ necaui: qꝛ cũ ãtea
faceret elẽoſynas mltas habito h̃ filio ceſſauit ⁊
male etiã acq̃rere cepit vt relinq̃t filio diuitias.
Ne ḡ tã pentes ꝗꝫ iſte filiꝰ eoꝝ dãnarẽt̃ hunc ad
huc innocẽtẽ occidi ad ſalutẽ. His audit̃ here/
mita edificatꝰ ẽ ⁊ angelꝰ diſꝑuit. Rogemꝰ ḡ ⁊c̃.

De eadem dñica Sermo.iij. ſ. de varie fortu
ne cauſa ⁊ ꝓſꝑitatis eius acquiſitõne.

a Dmirabãtur di
cẽtes. bñ oĩa fecit. Marci.vij.⁊ in euã
gelio. Dñi nr̃i ieſu xp̃i opa erãt ſumme
mirabilia. ſũme bona ⁊ ſũme pijſſima. Erãt ꝗp
pe ſũme mirabilia: qꝛ ſup̃ facultatẽ oĩs nature
create fiebãt ad iperiũ eiꝰ miracl'a ſoli v̈tuti di/
uine ꝓprie attribuẽda. Erãt etiã ſũme bona :qa
ad laudẽ ⁊ gl'iaꝫ ſũmi dei populũ inducẽtia :ac
credẽtes ad celeſtia bona ꝑpetua ꝯſeq̃nda iſtru
entia. Deniqꝫ erãt ſũme pijſſima: qꝛ xp̃s dñs q̃s
ſanabat i corpe ſanabat ⁊ in aĩa: vt dic̃ Auguſt.
Uñ dũ xp̃s ſanaſſꝫ ſurdũ ⁊ mutũ cũ h̃ liberauit
eũ ⁊ a demone q̃ fecerat eũ ſurdũ ⁊ mutũ vt dic̃
Theophilꝰ. Et tũc hoĩes illi aſſiſtẽtes ceperunt
deũ laudare admirãtes ⁊ dicẽtes . Bñ oĩa fecit
⁊c̃. vt ptꝫ i themate ⁊ euãgelio hodierno. Qm̃ ãt
mũdani hoĩes ſepiꝰ murmurãt de fortune iſta/
bili varietate: qꝛ in mũdo oĩs ꝓſꝑitas admixta
eſt aduerſitati de h̃ ḡ ageñ ꝙ .ſ. deꝰ bonꝰ optime
ſic mundũ illũ fecerit tria myſteria ꝑ h̃ ſer. notẽꝰ
Primũ de fortune hoĩs cauſalitate
Scdm̃ de fortune pctõris ꝓſꝑitate
Terciũ de fortune felicis lucroſitate
J Circa ꝓmũ de cauſalitate fortune varie ho
minũ aliq̃ q̃ſtiões occurrũt ꝑtractãde. Pria q̃
ſtio. vnde eſt ꝙ hoĩes in h̃ mũdo vario mõ ſunt
fortunati: vt ſcꝫ q̃dã ꝓſꝑam habeãt alij aduerſã

fortunā. Ad qđ ſm Rayne. in ſūma iuxta ſniā ſcti Tho. li. iij. ꝯ gentiles ca. xcij. rñdeť. ꝙ oīs fortuna ſiue pſpa ſiue etiam aduerſa eſt pncipaliſſime a deo. ⁊ min⁹ principal'r ab angelo ad id cor inſtigāte vt aliqđ tale eligat vel refugiat. Et rōez ponit. qꝛ aliqs đr bñ fortunat⁹ qñ aliqd boni accidit ſibi pter ei⁹ intentionē. Sicͭ cū aliqs fodiēs in agro iuenit theſauꝝ quē nō querebat. vel qñ etiā negociādo qs pl⁹ lucrať qꝫ putaſſet ⁊c̄. Sed qꝛ nihil pōt hoi ꝯtingere vel euenire pter cognitionē ⁊ intentionē dei. ſequiť g̃ ꝙ oīs euēt⁹ pncipaliť ſit a deo cauſante vel pmittēte. Uñ Sap. vij. In manu dñi ⁊ nos ⁊ oēs ſmones nři. ⁊ oīs ſapia ⁊ opeꝝ ſcie diſciplina. Nā ⁊ Egidi⁹ de Roma in ſcpto qđ fecit de bona fortuna: dicit. ꝙ cā q̄re inť hoies aliq̄ ſunt bñ fortunati ⁊ aliq̄ male hec eſt. qꝛ hoies bñ fortunati ſequunť iſtinct⁹ diuinos. male aūt fortunati nō ſequunť. Hinc eſt ꝙ vn⁹ ⁊ idē hō vno tpe eſt bñ fortunat⁹. alio vo tpe nō. Hec Egidi⁹ ſup li. de bona fortūa. Ex q̄ claret documētū ꝙ peccāt ⁊ errāt hoies q̄ bonā fortunā vel malā attribuūt aliјs qꝫ deo. Nā aliq̄ credūt ſupſticiōib⁹. puta ſi in itinere obuiū habuerint religioſuꝫ vel vulpē vel hmōi pus viderint. vl' canis ī nocte vlulauerit ⁊c̄. malā ſibi fortunā putāt ex h euenire p tūc. Aliј aūt attribuūt ppriјs virib⁹ ⁊ iduſtrie. Cōtra qs Ecc̄s. iiij. Verti me ad alia vidiq₃ ſub ſole nec velociū eſſe curſum: nec fortiū bellū: nec ſapientū panē: nec doctoꝝ diuitias. nec artificū graꝫ ⁊c̄. Aliј attribuūt cōſtellatiōib⁹. Et de hmōi in ſmonib⁹ de ſctis latius ſcpſi. Hic g̃ ſufficiat ꝙ de⁹ ſolus ē laudād⁹ in talib⁹. ℞ Scđa q̄ſtio Quare de⁹ bonus ſic ordinauit in h mūdo vt ineq̄lē hoies habeāt fortunā. Et cū h pſperā etiā fortunaꝫ voluit eſſe aliq̄ ſp aduerſitate vel tedio aut triſticia pmixtā Quia nimiꝝ vt Boe. ij. de ꝯſolatiōe li. dicit. Nemo inq̄t eſt tā cōpoſite felicitatꝭ vt nō ex aliq̄ pte cū ſui ſtat⁹ q̄litate rixeť. Nemo facile cū ſue fortune ꝯditiōe ꝯcordat. Nā huic cēſus. i. puēt⁹ erube rat. ſed pudet eū degener ſanguis. i. ig̃bilitas generꝭ. Ali⁹ eſt nobilis ⁊ not⁹ ſed tñ anguſtiať paupꝺtate. Ali⁹ vtrūq₃ habet ſed male vite eſt. Alius nuptiјs felix herede caret. Ille pꝫle letať ⁊ p̄ueniente morte illachrymať. Hec ī ſnia ibi nota pl'a. Nōne g̃ de⁹ meli⁹ ordinaſſet p oīa bonā fortunā dando ſaltē iuſtis ⁊ electꝭ ſuis. Ad hec rñdeť put colligiť ex doctoꝝ dictis ꝙ deus bñ ⁊ decentiſſime fecit ſic verſatilem pmiſcēdo fortunā. Et hoc patet plurib⁹ rationib⁹.

Prima rō accipiť ex ordine vniuerſi.
Scđa ex pfectu hoim ſalutari.
Tercia ex ꝯtēptu mūdialis boni.

do ꝓut Grego. dicit exponēdo illud Matth .iij.
Facite dignos fruct⁹ penitētie. Secūdo vtilib⁹
de cetero ſꝑ ſe occupando. Vñ legit exēplū in vi/
taſpa. ꝙ quidā multa laborabat ꝛ ſemꝑ pauꝑi
bus erogabat: illoſq̄ꝫ docebat vt ꝓ eo orarēt q̄te
nus dū ipē comederet vel dormiret nihilomin⁹
illos ꝓ ſe orātes haberet. ꝛ ſic tps illud lucraret
qd̄ interim ꝑtrāſiret. Tertio intime xp̄m aman
do ꝛ paſſionē ei⁹ crebro recogitādo. ſic redemit
tps beat⁹ Franciſc⁹. ſilr ꝛ magdalena. Nā cha/
ritas oꝑit mult. peccatoꝝ .j. Pe .iiij. Quarto mo
ri poti⁹ eligēdo q̄ꝫ ꝯſentire mortali pctō. ſic em̄ ꝑ
martyriū recōpēſant oia. Quito indulgētiā ple
nariā ꝯſequēdo: vt ꝑꝫ de latrone iuxta xp̄m pen
dēte in cruce. ꝛ hoc pt fieri ꝑcipue Q Sexto
religionē intrādo ꝛ ad patriā theſauriſando ꝛ ſe
totū deo in ſacrificiū offerēdo. Pro his exēplū fi
nale legit in hiſtoria Barlaꝫ quā vꝫ Damaſ.
ſcripſit vt habet etiā in legēda. ꝙ ſanct⁹ pater ſe/
nex quidā interrogat⁹ q̄t annoꝝ eēt. Rñdit .xlv.
annoꝝ ſū. Et ille. Appares mihi fore .lxx. annoꝝ
Rñdit ſanct⁹ pr̄. Bñ q̄dē a natiuitate mea .lxx.
annoꝝ me extimaſti: ſꝫ nullo mō a me in mēſu/
ra vite cōputant quotq̄t in vanitate mūdi expē/
ſi ſūt. qꝛ tūc fui mortu⁹ in pctis viuēdo. Ideo an/
nos mortis ꝓ vita nō nomino. Ad idē ꝑabola
ibidē ponit talis. In q̄dā ciuitate magna cōſue
tudo fuit ꝙ hoiem extraneū ꝛ ignotū in regē eli/
gebāt. q̄ oia facere vt rex poterat: ſed anno cōple/
to ciues in eū inſurgētes nudū illū extrahētes in
remotā inſulā trāſmittebāt vbi nec cibū nec ve/
ſtimētū inueniēs egeſtate vrgebat. tandē quidā
ſublimat⁹ in regno illo cū hec audiſſet infinitos
theſauros infra annū illū ꝑmiſit illuc ꝛ bouꝫ ac
aīaliū armēta: villas ꝛ ciuitates cōdidit: vt cū i
exiliū illuc mitteret oib⁹ delitijs abūdaret. Sic
q̄ in ciuitate. i. in mūdo iſto hō eſt quaſi rex debꝫ
in ſeculū futuꝝ theſauriſare q̄ ꝑ mortē nud⁹ hic
extrahet ꝛ mittet. ꝛ ſic ibi habebit abūdātiā ad ꝑ
petuā vitā. quā det nobis xp̄s ꝛc.

Dñica eadē Sermo tertius ſcꝫ de fidei catho
lice ſalubritate ac vnitate ꝛ poteſtate.

I Eſus ꝯuerſus et
videns eā dixit Cōfide filia: fides tua te
ſaluā fecit Matth .ix. ꝛ in euāgelio hodi
erno. In q̄bus ꝟbis dñs ieſus cōmēdat nobis
ꝟtutē fidei vere que eſt fundamētū oim bonoꝝ
ſine qua nullus adult⁹ ſaluari pōt. Vñ Auguſ.
xxviij. q. j. ca. Omis. dicit. Nō valet eſſe bonū qd̄
fit abſq̄ꝫ fide. Et Athana. in ſymbolo dicit. Qui/
cūq̄ꝫ vult ſalu⁹ eſſe ante oia opus eſt vt teneat ca
tholicā fidē. quā niſi q̄ſq̄ꝫ integrā inuiolatāq̄ꝫ ſer
uauerit abſq̄ꝫ dubio i etnū ꝑibit. Hec ille. Ideo
dñs ieſus fidē verā miraculis mltis ꝯfirmauit
vt hoies firmiter crederēt. ꝛ miracula que facie/
bat ac ſalutē hoim fidei attribuit di. Fides tua
te ſaluā fecit: vt patet in hoc euāgelio. Itaq̄ꝫ de
fide catholica in hoc ſermōe declarem⁹ tria my/
ſteria que accipiunt ex themate ipō.

Primū de fidei ſaluifica ꝯfidētia.
Secūdū de fidei vnica exiſtētia.
Tertiū de fidei mirifica potētia.

R Circa ꝑmū de fidei ꝯfidētia ſaluifica in/
quirēdū eſt quō debeat hō fiducialit ſꝑare in ca
tholica fide de ꝯſequēda eterna ſalute. Nā ad id
hortat xp̄s in euāgelio di. Cōfide. qꝛ fides te ſal/
uā ꝛc. Ad qd̄ nota ꝙ ꝓ hmōi ꝯfidētia neceſſaria
ſūt q̄nq̄ꝫ ꝑcipua q̄ eliciūt ex h̄ euāgelio Primū
dr̄ actiōis penitētie ꝟitas qd̄ ſignificat in hoc qꝛ
hec mulier acceſſit retro ex hūilitate ꝛ ꝯfeſſa ē ſu
am infirmitatē ꝛ cogitationē ad xp̄i req̄ſitionē.
Nā xp̄s dñs penitētib⁹ vere ꝓmiſit regnū celoꝝ
ꝛ nō penitētib⁹ cōminat⁹ eſt Luc .xiij. Niſi peni
tentiā egeritis oēs ſilr ꝑibitis. Vñ fides ſine peni
tētia nō ſufficit ad ſalutē hoi pctōri. Sicut exem
pli grā videm⁹ in ꝑſenti ꝙ hō magnā heredita/
tē litigioſā nō acq̄rit ꝑ ſolū ſigillū bonū ſine car
ta veraciter ſcꝑta. ꝛ ecōuerſo qꝛ ꝑuilegiū pōt eſſe
falſū ſub ſigillo vero. extra de fide inſtrumētoꝝ
ca. Inter dilectos. qd̄ deꝑhēdi pōt ex annis iſcri
ptis ꝛ alijs pluribus: vt ꝑꝫ ibi i glo. Itē ecōuerſo
ſub ſigillo falſo pōt eſſe carta veracit ſcꝑta. Sic
ſpūaliter ꝑ ſigillū ſignificat fides q̄ habet cara/
cterē baptiſmalē impſſū tāq̄ꝫ ſigillū in aīa. Per
cartā ſcriptā ſignificat penitētia vera q̄ deſcribit
in ꝯſciētia: Vñ hereditas celeſtis nō pōt obtine
ri ſola ꝟitate ſigilli fidei ſine carta vere penitētie
nec ecōuerſo: ſꝫ oꝑtet vtraq̄ꝫ eē vera ſicut in ꝑuile

gio. O q̄ḡ frustra ꝯfidit xp̄ianus q̄ tenet aliena
aut mulierē adulterā aut irā: putās ꝑ ſolā fidez
ſaluari. Scd̄m neceſſariū circa fidē ad ſalutē
dr̄ doctrine ſinceritas: h̄ ē vt hō nō hereat doctri
ne corrupte ꝑ hereſes: ſ; teneat ſincerā fidē eccl'ie
⁊ ei⁹ vnitatē. Vn̄ Aug. extra de here. ca. Firmiſſi/
me (inq̄t) tene ⁊ nullaten⁹ dubites oēm hereticū
⁊ ſciſmaticū niſi an̄ finē vite icorꝑati fuerit eccl'ie
eterni ignis incēdio cū diabolo ⁊ angelis ei⁹ ꝑti
cipādū. Hec ibi. Tertiū dr̄ opeꝝ bonoꝝ viua
citas. q2 vt ſcribit Jac. ij. Sic corp⁹ ſine ſpū mor
tuū eſt: ita fides ſine opib; mortua ē. S Ad
qd̄ pulchꝛū exēplū ponit Aug. j. q. j. c. Sic vrge/
n. di. q; ſi alicuius man⁹ eēt arida veruʒ q̄dē eēt
mēbꝛū q̄uis ſine ſanguie ⁊ ieſſicax eēt ⁊ mortuū
ſic ⁊ fides cū ſit vera tn̄ ſine opib; mortua ē. Hec
ille. Proinde hō q̄ nō vult ope iplere dei p̄cepta
nō pōt habere fiduciā ſalutꝭ. ſil'r q̄ nō vult opera
miſericordie ꝓximis exhibere cū poſſʒ. Chryſ. ſu
per Matth. dic̄. Quid a deo te ſp̄as recepturū
cū tu nihil deo dediſti. ſ; dicet tibi. Eſuriui et nō
dediſti mādūcare mihi. ⁊ ſic de alijs opib; miſ̄i/
cordie. Et hec ſignant̄ i euāgelio. q2 m̄lier Emoꝛ
roiſſa fide ſincera acceſſit credēs xp̄m fore tāte ſā
ctitatis ⁊ diuie ꝑtātis q; ſolo tactu fimbꝛie veſti
mēti ei⁹ ſanaret̄. Opa etiā deſignant̄ ꝑ man⁹ que
ſūt organū organoꝝ. iij. de aia. Quartū neceſ
ſariū dr̄ ſalubꝛiū ſtudioſitas. q2 ſic ſcholarꝭ q̄ ne
ſcit lectionē ſuā quā mḡr ſu⁹ docuit nō h; fiduci
am accedēdi ad illū: ſic xp̄ian⁹ q̄ nō vult ſtudere
ſalubꝛia. ſ. quō ꝯfiteat̄ ⁊ q̄lia ſūt p̄cepta dei ⁊ orō
nes ac ſymbolū fidei nec vult v̄ba dei audire et
hmōi nō h; fiduciā corā xp̄o appere in mortꝭ ho
ra. q2 vt Grego. di. xxxviij. c. Qui ea inq̄t q̄ dñi ſūt
ſapiūt: a dn̄o ſapiūt̄. ⁊ q̄ ea q̄ dñi ſūt neſciūt: a dn̄o
neſciūt̄. Paulo teſtāte. Jgnorās ignorabit̄. Jdō
q̄cūq; ſtult⁹ ē in culpa ſapiens erit in pena. Hec
Gregoꝛ. in moral'. ⁊ vbi ſ. hoc myſtice innuit̄ in
euāgel'io cū dr̄. q; loq̄nte ieſu ad turbas. ſ. docen
do ſalubꝛia poſt h̄ imediate fecit hec miracl'a de
q̄b; hic agit̄. Vltimū dr̄ amoꝛ ꝑſeuerās vel fi/
nalis charitas. ſicut em̄ mulier hec fimbꝛiā veſti
mēti xp̄i tāgēs ſaluata ē q̄ fimbꝛia ē in fine veſti/
mēti: ita aia hūana ſi ꝑ charitatē in corde cogitā
do ⁊ amādo mētaliter tāgit mortē xp̄i ⁊ charita/
tē paſſiōis q̄ mors fuit in fine hūanitatꝭ xp̄i. i. in
fine vite xp̄i p̄ñtis ſaluabit̄ in charitate ꝑſeuerā/
do finaliter. Matth. xxiiij. Qui ꝑſeuerauerit vſ/
q; in finē hic ſalu⁹ erit. Nā hō dū trāſit ad amicū
bn̄ ꝯfidit de eo. nō aūt de inimico: ſic aia in moꝛ
te trāſiēs ad amicū xp̄m. q2 vt Bern̄. dic̄. Chari/
tas audet magna a deo fiducialit̄ expectare. Et
Grego. Qui pl⁹ diligit pl⁹ p̄ſumit. q̄ aūt nō eſt in
charitate inimic⁹ ē xp̄i. quō ḡ ꝯfidere poterit d̄ cō
ſequēdo regno celeſti cū ſit inimic⁹. Exemplū
narrāt aliq̄ ex dictꝭ Senece. vicʒ q; q̄dā rex habēſ
filios tres ꝓpoſuit eis tale ꝓbleuma de auib; d.
Filij mei eſt q̄dā auiū ſpēs q̄ nimis alte volāt ſic
ē aq̄la. alie ſūt q̄s p̄ncipes manu portāt vt falco
alie ſūt q̄ cū multitudine ſocietatū volāt ⁊ arbo
ri inſidēt ac fruct⁹ deguſtāt: vt ē ficedula. Tūc i
terrogauit rex maioꝛē filiū in quā iſtaꝝ ſe tranſ/
formare vellet ſi poſſet. ⁊ ille rn̄dit in aq̄lā vt eēʒ
altioꝛ ceteris auib;. Scd̄s interrogat⁹ dixit i fal
conē vt portaret̄ manib; p̄ncipū. Terti⁹ dixit de
ficedula vt cū multꝭ eſſet ⁊ arboꝛis fruct⁹ dulceſ
comederet. tūc rex cogitauit q̄s iſtoꝝ ad regnan
dū aptioꝛ eēt. Primū itellexit eē ſupbū ⁊ ꝯtēpto
rē alioꝛū. Scd̄m raptoꝛē ⁊ oppſſoꝛem paupeꝝ.
Tertiū q2 elegit multitudinis dilectionē ⁊ i fru
ctu arboꝝ delectari. intellexit q; eēt charitatiuus
⁊ hūc regno p̄fecit tāq; digniorē. Sic ſpūalit̄ hō
exiſtēs in charitate ad ꝓximū ⁊ in arboꝛe crucis
xp̄i freq̄nti mēoꝛia reſidēs ⁊ ei⁹ fruct⁹ amās di/
gn⁹ eſt celeſti regno. Supbis aūt ⁊ carnalia dili
gētib; ⁊ mūdana ve. q2 excludent̄ a reḡ celeſti ⁊ ve
T Circa ſcd̄m de fi (q2 dant̄ ꝑpetuo igni.
dei v̄e ⁊ ſalubꝛis vnitate q̄rit̄. vtꝝ p̄ter fidē vnicā
ſc; catholicā. poſſit. ſ. eē aliq̄ fides alia i q̄ ſal⁹ acq̄
rat̄ etn̄a. Rō q̄ſtiōis ē. q2 vnuſq̄ſq; fidē ſuā repu
tat eē verā: puta iude⁹ fidē iudaicā. thurc⁹ ſil'r fi/
dē machometicā. ⁊ xp̄ian⁹ xp̄ianā. ⁊ heretic⁹ here
ticā. Et cū vnuſq̄ſq; illoꝝ ſm ritū ſuū bn̄ viuat ⁊
ſūmū deū celi colat. mirꝝ ē ḡ q̄re nō poſſit vnuſq̄ſ
q; taliū ſaluari i ſua fide ſ; vt ſaluet̄ optet vt tene
at hāc vnicā fidē xp̄i catholicā. Et mirꝝ ē q; de⁹ n̄
vult niſi vnica fide coli ab hoīb;. Rn̄det̄ ad hec
q; nll'o mō p̄t hō ſaluari niſi i vnica fide. ſ. catho
lica. Et oñdit̄ pluribꝰ rōnib;. Pria rō ex ꝑte di
q2 fides ē de deo. ſ; de⁹ nō p̄t eē niſi vnic⁹ ver⁹ de⁹
ḡ nec fides v̄a eē p̄t niſi ſit vnica q̄ credit de deo
ea ſola q̄ ſūt v̄e credēda. Vn̄ Eph. iiij. Vn⁹ deus
vna fides vnū baptiſma. Nā licet ſint plures ar
ticuli fidei: tn̄ oēs ſūt de vno vero deo. Nec ſufficͭ
q; etiā alia fides credit vnū deū. q2 ip̄m n̄ credit
eo mō q̄ de⁹ in ſcp̄turꝭ reuelauit vt talit̄ credat̄. ſ.
de⁹ icarnat⁹ paſſus ⁊ hmōi ſ; tm̄mō ea de dō cre
dit q̄ rōnalis rō dictat vt i pluribꝰ. ſ. q; de⁹ ſit oī/
potēs ⁊ creatoꝛ oīm ⁊ hmōi. ḡ tali fide nō meret̄
eternā ſalutē. Nā vt Grego. dic̄. Fides nō h; me/
ritū cui hūana rō p̄bet expimētū. S; fides xp̄ia
na credit ſm ſcp̄turas deū. ḡ ⁊c̄. Scd̄a rō ex ꝑ/
te fidei q2 ꝯſtat q; vna fides ꝯ̄dicit alteri: puta fi
des iudeoꝝ credit xp̄m adhuc vētuꝝ ⁊ negat ie/
ſū d̄ v̄gine natū qd̄ ꝯfitet̄ fides vera xp̄iana. Jtē
machometica negat trinitatē in deo ⁊ diuinita/
tē xp̄i ⁊ paſſionē q̄ credit eccl'ia ſcā catholica ⁊c̄.
Jtē ſecta huſſitane hereſis tenet q; neceſſe ſit cōi/
cari ſub vtraq; ſpē ⁊ hmōi. S; duo ꝯ̄dictoꝛia n̄
pn̄t ſil' eē vera. ij. Perihер. ḡ nō p̄t eē v̄a fides. ⁊ ꝑ
ꝯn̄s nec ſalutifera niſi vnica q̄ credit ſola v̄a. Nā
vt Dyoni. vij. de di. no. dic̄. Fides ē circa ſimpli/
cē ⁊ ſp̄ exiſtētē p̄mā v̄itatē. ꝓpterea fidei nō p̄t ſub
eſſe falſū ſm Tho. ij. ij. q. j. Tertia rō ex ꝑte cul
tus debiti. q2 cult⁹ vere deo debit⁹ ſiue ſeruitiuʒ
de⁹ nō acceptat ab hoīe ꝯ̄dicēte diuine volūtati.

nec dat ꝓ cultu talis hoīs ſalutē eternā. Sed qꝛ
oīs alia fides ꝯdicit i credēdo diuīe volūtati. qꝛ
deꝰ vult vt ſic in eū hoīes credāt .ſicͭ hꝛ i articulꝭ
fidei catholice cui oīs alia ſecta ꝯdicit vlꝭ ꝯrium
credit ⁊ ſic diuīe volūtati reſiſtit. Q; aūt ſic deꝰ
voluerit teſtaꝛ oīs ſcṗtura ꝓhetica ⁊ miracula
diuia ꝑ mūdū ab aplis facta ⁊ a ſctis. ḡi alia fi
de nō ē ſalꝰ. V Quarta rō ex ꝑte remunera/
tōis ꝑmij qꝛ deꝰ nō pōt eſſe remunerator falſita
tis cū ſit ꝑma ⁊ ſūma ꝟitas ⁊ bonitas .ſ; qꝛ nō
pōt eſſe ꝟa fides niſi vnica cū vna ꝯdicat alteri ⁊
duo ꝯdictoria nō pñt ſilꝭ vera eſſe: vt patuit ſuꝑ
Si ḡ in qlib; fide ſaluareꝛ hō deꝰ illū q ē in fide
falſa remūeraret ꝑmio btitudis ꝓ illa qꝺ eſt im
poſſibile. Itē cū vna ſecta ꝑmittit viciū aliqꝺ fi/
de catholica ꝓhibitum Exēpli grā. ſecta iudaica
blaſphemiā ieſu xpi admittit. Item ſecta macho
metica ꝑmittit decipe ꝓmū ꝑiurio: ⁊ btitudinē
ponit i voluptate carnis. Ite; ſecta heretica ad/
mittit ſimplicē fornicatōe; ⁊c̄. Si ḡ deꝰ tales ſal
uaret i tali ſecta fidei falſe ſeqꝛeꝛ ꝙ deꝰ vicia re/
mūeraret celeſti ꝑmio qꝺ ē īpoſſibile ⁊ ꝯ iuſticiā
dei q dictat omē viciū puniēdū: vt dic̄ Aug. ḡ ſo
la fides xpiana q dānat oīa vicia ⁊ ꝟtutes ꝯmē/
dat ē ſalutifera Ultima rō ex ꝑte xpi q ē caput
ecclīe ſaluāde. Colꝭ. ij. S; ꝯſtat ꝙ caput nō influ
it vitā ⁊ ſenſū niſi mēbrꝭ ſibi vnitꝭ .ſ. ꝑ fidē ⁊ chari
tatē. Uñ a ꝑncipio mūdi nullꝰ vnq̄ȝ potuit ſal/
uari niſi i fide mediatoris chriſti ieſu que; ꝑres
veterꝭ teſtamēti crediderūt vētuꝝ ⁊ ꝑdixerūt. Et
nos credimꝰ iā vēiſſe: vt ꝑ; ꝑ Aug. ⁊ mgr̄m li.
iij. di. xxv. Ideoq; ħ caput ecclīe ſctē .ſ. xps dñs ñ
dat vitā grē vlꝭ glīe illꝭ q ſūt extra vnitatē fidei ec/
cleſie .ſ. iudeis: machometicꝭ: hereticꝭ: ſciſmaticis
⁊ oīb; alienis a vera fide catholica. X Sed
di. qꝺ ḡ de ſimplicib; i veteri teſtamēto: q qdē mlꝭ
ti a ꝑncipio mūdi fuerūt ignorātes ꝙ filiꝰ dei de
beret mori ⁊ crucifigi ꝓ ſalute hoīm. Rñd; Bo
nauē. ⁊ mgr̄ vbi ſuꝑ ꝙ ſimpliciores habuerꝰt fidē
īplicitā de xpi paſſiōe ⁊ mō redēptōis .ſ. credēdo
ī fide pr̄iarchaꝝ ⁊ ꝓhetaꝝ qb; facta ē reuelatio
diuia. ⁊ illi habuerūt fidē explicitā: ꝑ; ꝺ abrahā
Moyſe. ⁊ ꝓhetꝭ. Itē di. qꝺ de phicꝭ q leguntꝛ pul
cra dixiſſe. Nā Areſt. li. de pomo ⁊ morte legiꝛ in
extrēis dixiſſe. Ens entiū miſerere mei. Itē ꝺ pla
tone pl'a bona legimꝰ. Itē ꝺ Socrate: Diogene
Democrito Pitagora ⁊ alijs. Ad ħ Bona. vbi
ſuꝑ expſſe rñd; di. ꝙ phi exq caruerūt fide xpi ſu
is virib; vlꝭ ꝟtutib; ſciētijs ⁊ meritꝭ inherētes tā
q̄ȝ ſuꝑbi a xpi mēbris ſepati ſūt ⁊ a gaudijs pa/
diſi excluſi ſūt. hec Bona. O ḡ hō noli glīari i ſa
piētia tua. nō ī diuitijs ⁊ dignitate ſ; i cruce dñi
Y Circa terciū de mirifica (ieſu ⁊ age pniaȝ.
potētia fidei Notādū ꝙ fides xpiana ē adeo po/
tētie mirabilꝭ vt ſic̄ teſtaꝛ xps dñs Marc. ix. Oia
inqt poſſibilia ſūt credēti. vbi Hieroñ. dic̄. Que
ſūt oīa illa q poſſibilia ſunt credēti niſi q i noīe ie
ſu .i. ſalutꝭ poſtulāꝛ cū lachrymis. hec Hierony.

Rōe; ponit Lyra qꝛ fides inqt mereꝛ de ꝯgruo
vt credēti deꝛ bñficiū .ſ. ſalubre ꝑ oīpotētia; dei.
Hec Lyra. Q; aūt fides oīa poſſit mirabil; ef/
ficere oñdiꝛ multiplicitꝭ. Prio in aīa hūana oīa
pctā remittēdo ⁊ ſaluādo. Exēplū i Magdalēa
cui xps dixit. Remittūꝛ tibi pctā. fides tua te ſal
uā fecit. Itē Mar. vlt̄. Qui crediderit ⁊ baptiſa
tus fuerit ſaluꝰ erit. Scdo i corꝑe ſanādo et a
mortuis reſuſcitādo: vt ꝑ; de vtroq; i euāgelio
hodierno. Ite; de Lazaro. Tercio i celo ipm a
motu ſtare faciēdo. vt ꝑ; i Joſue ca. x. Et retroḡ
diēdo tp̄e Ezechie. Eſa. xxxviij. Itē aꝑiendo ⁊ xp̄;
in dextra dei vidēdo a btō Stephano. Quarto
in iferno liberādo. vt pat; de Traiano per btm̄
Gregoriū liberato. Quito in deo fide ꝯcipiēdo:
Nā vt Aug. dic̄. btā ꝟgo fide ꝯcepit xpm deum
maximo miraclꝭo. Itē oīa ſalutifera impetrādo
Jaco. j. Poſtulet aūt i fide nihil heſitās ⁊ dabiꝛ.
Sexto i angelo malo ⁊ etiā bono. nā fides effu/
gat diabolū .j. Pe. vlt̄. Cui reſiſtite fortes in fide
Et Mar. vlt̄. In noīe meo ꝺmonia eijciēt .ſ. qui
crediderit. Itē fides angelos bonos appropinq̄
re ad nos facit ⁊ videre illos: vt ꝑ; de ſctā Ceci/
lia ⁊ Tiburcio ſpōſo q ꝑ fidē meruerꝰt videre an
gelū dei: ⁊ i multꝭ alijs. Z Septio i toto mū
do ꝑ fidē miraculꝭ ꝯuerſo ⁊ oīmode efficacia mi/
raculoſa repleto. Nā de xp̄o dño Mar. xj. legiꝛ.
ꝙ mirātib; diſcipulꝭ ⁊ dicētib;. Rabbi ecce ficus
cui maledixiſti aruit. Rñdit Jeſus dicēs. Habe
tis fidē dei. Amē dico vob́ qcūq; dixerit huic mō
ti tollere ⁊ mittere i mare ⁊ nō heſitauerit i corde
ſuo ſ; credi. qꝛ qdcūq; dixerit fiat fiet ei. hec ibi.
Exēplū ad id in ſpc. exē. di. ix. exē. cxlv. ⁊ etiā in
Promptu. diſcipuli. vic; ꝙ anno dñi. cxxv. Ca/
liphus rex tartaroꝝ conatꝰ ē extirpare xpianos
de regno ſuo q habitabāt mixtim intꝛ paganos
vnꝰ aūt de ꝯſiliarijs ſuis ꝯſuluit vt xpianos vi
ceret ex euāgelio. nā xps deꝰ xpianoꝝ locutꝰ ē ꝙ
ſi qs xpianꝰ dixerit mōti tollere ⁊ mittere i mare
⁊ fiet ei. Rex itaq; ꝯuocauit oēs xpianos ⁊ qſiuit
ſi ꝟbū xpi ⁊ euāgeliū ꝑ oīa veꝝ ſit. Rñdētib; illiꝭ
oīb; ꝙ ſic. ſtatim ꝯminatꝰ ē eis ꝙ niſi infra decē
dies ħ facto oñderēt oēs ꝑirēt. Tūc epi ⁊ ſacer/
dotes idicto ieiunio orabāt vt dñs ieſus fidelib;
ſuccurreret. ⁊ reuelatū eſt vni epoꝝ ꝙ ſutor mo
noculꝰ dignꝰ eēt ꝓferre illa ꝟba ad montē: ⁊ ſic
populū libare a ꝑiculo iſto. q ex hūilitate renuit
⁊ ſe pctōrē eſſe aſſeruit. Tādē ex obedientia ꝑce/
pto ſe ſubmiſit. Stātib; ḡ xpianis cū cruce chri
ſti ex ꝑte vna ⁊ rege Calipho ꝑte ex altꝛa cu; ſuo
populo: ille ſutor orauit ⁊ ꝑcepit monti vt ſe tol
leret. ⁊ ſic factum eſt ſtatim. Quo viſo rex bapti
zatus eſt ⁊ plures cū eo. Et ſic fides roborata ē
⁊ augmētata. Rogemus ergo chriſtū ⁊c̄.

Dominica eadem Sermo quartꝰ: ſcilic; de
mortis dolorib; in corꝑe ⁊ anima ac perditione
peccatorum.

# Non eſt mortua

puella ſed dormit. Math. ix. ꝛ in euã-
gelio hodierno. Uerba ſũt ſaluatoris
nr̃i ieſu xp̃i in qbus oñdit p̃mo ſuã diuinã pote-
ſtatẽ cũ dicit. Nõ eſt mortua puella. Ubi Lyra.
Licet inqt eẽt mortua ſm viã nature: tñ nõ erat
mortua xp̃o deo q̃ poterat eã ſuſcitare ita facilr̃
ſicut hõ põt aliũ dormientẽ a ſomno excitare. et
ſic xp̃s hec dicit loquẽdo ſm ꝟtutẽ ſue diuie prã
tis q̃ intẽdebat reſuſcitare. Exẽpluũ. cũ rex intẽdit
ſubleuare paupertatẽ militis ſui dicẽtis. Ego ſum
paup ꝛ in ꝯſpectu maieſtatis vr̃e indignꝰ. Tunc
rex ſm ſuã intẽtionẽ dicet illi. Uidebis qꝛ nõ es
paup in ſignũ bñficẽtie. q. d. Ego ditabo te. Sic
in ꝓpoſito xp̃s loquit̃ ſm intẽtionẽ ſue bñficẽtie.
Scd̃o in his dictis ꝛ ſequẽtibꝰ oñdit xp̃s ſuã pie-
tatẽ. qꝛ hec ꝟba xp̃s dixit ex pietate ad ꝯfortãduz
i fide pr̃ẽ ꝛ matrẽ puelle deficiẽtes. vñ ꝛ ex pietate i
trauit domũ ꝛ tenuit manũ puelle. ꝛ ſic reſuſci-
tauit eã. q̃tenꝰ ꝛ nos doceret ad pietatẽ exhiben-
dã erga mortuos. ꝛ de iſtis pꝫ in euãgelio. Ex
q̃ hoc euãgeliũ loquit̃ de mortua puella reſuſci-
tata p xp̃m. iõ de ipa morte doloroſa in h̃ ſermo
ne agemꝰ. p q̃ põt aliud etiã thema poni. ſ. illud
Ps. cxiiij. Circũdederũt me dolores mortis ꝛ pi
cula inferni inuenerũt me ꝛc̃. Dolores dicit i plu
rali. qꝛ multi ſũt dolores mortis ꝛ magni tã cor
porales q̃z mẽtales ꝛ in futuro penales. ꝓut pa-
tebit in ſmõe iſto. Pro q̃ tria myſteria notemꝰ.

Primũ de mortis corpali dolore.
Scd̃m de mortis mẽtali merore.
Tertiũ de mortis totali pditiõe.

A Circa p̃mũ de corpali mortis dolore q̃rit̃
vtꝝ hõ i morte ꝛ aie ſepatõe a corpe habeat ma-
ximũ dolorẽ p̃ oĩ alio dolore. Et poſſes argue
re tali rõne. qꝛ tũc ſcꝫ in morte ſopiũt̃ oẽs ſenſus
a viuacitate ſua. Uñ plures videmꝰ q̃ q̃ſi dulci
ſõno leuit̃ moriant̃. ꝛ phs dicit q̃ mors ſenuz q̃
vocat̃ marcedo dulcis eſt. Quõ g̃ tũc poterit pci
pi tã acerbꝰ dolor p̃ oibꝰ. Sꝫ q̃d de h̃ ſit tenẽduz
valde vtile ẽ ſcire oibꝰ nob. Tũ qꝛ oẽs p hãc viã
mortis trãſibimꝰ neceſſario. Tũ qꝛ ad patiẽtiã p̃
paramur. Nã vt Grego. ait. Iacula q̃ p̃uidẽtur
minꝰ feriũt ꝛc̃. Rñdet̃ itaqꝫ ſm mgr̃m Iacobũ
Carthuſ. in tract. de aiabꝰ exutis a corpibꝰ alioſ
q̃z doct. q̃ q̃uis q̃dã hoies videant̃ dulciter ꝛ le
niori motu in morte obdormire. ꝛ p̃ſertim h̃ vi-
det̃ in ſenibꝰ in q̃bꝰ pua ẽ nature reſiſtentia eo q̃
ad vltimã deſtitutionẽ viriũ deuenerũt. Simi-
liter videt̃ in diu lãguẽtibꝰ q̃ cũ trãqllitate mori
unt̃. Nã a circũſtãtibꝰ nõ videt̃ pena moriẽtis il
lius. qꝛ neſcimꝰ q̃d agat̃ intus in talibꝰ. Uerũtñ
h̃ nihilominꝰ tenẽdũ ẽ q̃ de lege cõi oẽs homies
in morte acerbiſſimũ dolorẽ habẽt p̃ oĩ alio do-
lore citra mortẽ exiſtẽte. ꝛ h̃ oñdit̃ pluribꝰ rõnibꝰ

Primo ex appetitu naturalis vnionis.
Scd̃o ex ꝯquaſſatiõe cordis.
Tertio ex dolore xp̃i ꝛ eiꝰ mortis.
Quarto ex diuerſitate mltiplicis paſſiõis.
Quinto ex experimẽto certe reuelatiõis

Prima rõ accipit̃ ex appetitu naturalis vniõis
ſcꝫ aie ad corpꝰ. Nã exq̃ aia hũana ex nihilo crea
ta ẽ: ita q̃ añ infuſionẽ in corpꝰ nuſq̃z eſſe habue
rit: ſꝫ infundẽdo fuit creata ꝛ creãdo infuſa vt di
cit Aug. ꝛ mgr̃ in. ij. Iõ tanto appetitu naturali
vnita ꝛ ꝯiũcta ẽ corpi q̃ nũq̃z ſepari vellet ab eo.
Et qꝛ aia recedere cogit̃ a corpe ꝓpter intẽperan
tiã ex diſcraſiatiõe q̃litatũ i corpe. et ſpũs vitales
p q̃s aia opat̃ in corpe groſſeſcũt ꝛ deficiũt. et po
tẽtia aie ſenſitiue iſtrumẽtales reddũt̃ inhabiles
ad opandũ. Corpꝰ etiã diſponit̃ ad corruptionẽ
vl' putrefactionẽ. nec põt aia mouere mẽbra aut
viuificare ꝛ opari in eis. ſicut cytharita deſtructis
chordis nõ p̃t cytharizare. Sic g̃ natural' appe-
titꝰ aie violẽter rũpit̃. ꝛ iſta violatio ẽ multũ pe-
nalis. vñ pena illa mortis ꝛ ſepatiõis excedit oẽs
ſecli penas alias q̃uis ab alijs nõ ſentiat̃. B

Et nota q̃ q̃uis etiã hoi iuſto mors ſit valde
doloroſa ꝓpter hmõi ſeparõẽ ꝯtrã nature ſue: tñ i-
felix petõr q̃ nõ ſolũ naturali amore: verũ etiã in
ordinata affectõe ſue carnis ꝯglutinatꝰ ẽ multo
vehẽmẽtiꝰ ꝛ amariꝰ ſentiet hmõi violẽtiã p quã
nexꝰ illi ꝛ viſcales nodi q̃bꝰ aia ꝛ corpꝰ iũcti ſunt
diſrũpũt̃. Uñ in li. d̃ ſpũ ꝛ aia d̃r. c. xvij. Aia rece
dẽs a corpe trahit oẽs potentias ſecũ ſenſũ: ima
ginatiõẽ: rõnẽ: itellectũ: ꝯcupiſcibilitatẽ ꝛ iraſci-
bilitatẽ. ꝛ ex his ſm merita afficit̃ ad dolorẽ vel
delectatõẽ. Hec ibi. Nã iuſtꝰ hõ licet afficiat̃ ad
dolorẽ naturalẽ mortis: tñ ex bñplacito volũtatis
diuie hꝫ cõplacẽtiã ꝛ delectat̃ in h̃ q̃ credit ſe per
mortẽ ituꝝ ad deũ ꝛ p̃riã. Sꝫ infelix petõr oino
recuſaret trãſire ad ꝯſpectũ iudicis quẽ hic petis i
pugnauit ꝛ odiuit. iõ totalit̃ afficit̃ ad dolorẽ ꝛ
ipatiẽtiã. Uñ Haymo ſup Apocꝫ. d̃r. Nulla ma
ior acerbitas cuiuſcũq̃z doloris q̃z mors ipa p̃-
cipue hois i petõ moriẽtis. ꝛ ſic pꝫ. C Scd̃a
rõ ex ꝯq̃ſſatiõe cordis. qꝛ vt dic̃ phs lib. de motu
cordis. Cor ẽ p̃mũ viuẽs ꝛ vltimũ moriẽs. licꝫ g̃
mẽbra exteriora deſtituãt̃ viribꝰ i hora mortis: tñ
tota vitalis vis remanet i corde vſq̃z ad vltimũ.
ꝛ ſic viget dolor i corde adeo q̃ ſi poſſent mẽbra
exteriora moueri magna ſigna doloris videremꝰ:
ꝓut ꝛ i q̃buſdã cernimꝰ fortibꝰ iuuẽibꝰ. In alijs
aũt i q̃bꝰ nõ videmꝰ exteriꝰ: nihilominꝰ agit̃ i cor
de itãtũ q̃ oĩa viſcera q̃tiant̃ oẽs iuncture diſſol
uant̃. Et vt d̃r ab exptis etiã ciſtifel rũpit̃ vel cre-
pat ac fel p os exitũ petit vel aliũde. Proinde So
linꝰ li. rer. d̃t. q̃ mors tres i corde relinqt effectꝰ.
Prio qꝛ iteriꝰ cor ſcindit. Scd̃o qꝛ venas a ſan-
guie euacuat. Tertio qꝛ i cũctis ſenſibꝰ veſtigia re
linqt ſue pene. Hec ille. Tal' aũt dolor acerbior ẽ
i petõribꝰ ex ipatiẽtia: ſꝫ in bonis ꝛ ſctis mitigati
onẽ accipit ex amore dĩ. Sic̃ p exẽplo videmꝰ vt
phs dic̃ ꝛ hꝫ i ſpeculo naturaliũ li. v. q̃ oĩa ama
ra ſi calefiãt minꝰ ſũt amara vt pꝫ de naſturtio

pfuſo calidiori brodio.ſilr de qbuſdā radicibus
alijs. Itē ō aq̄ marꝫ q̄ decocta dulceſcit. Sic ſpū
alit amaritudo morꝫ dulceſcit hoib⁹ iuſtꝫ calo/
re diuini amorꝫ. O ꝑ hō ama deū. Tercia rō ex
dolore xp̄i ꝛ ei⁹ morꝫ. Nā vt ſcribit Heb.v. Xp̄s
cū clamore valido et lachrymis mortu⁹ ē vt per
hec oñdat acerbitatē dolorꝫ morꝫ tali miraculo
q: naturalr nō poſſet hō clamare in hora morꝫ
oib⁹ tūc viribꝫ deſtitutꝫ. Ueꝝ q̄dē xp̄s dn̄s volū/
tarie ſuſcepit ꝓ nob dolores acerbiſſimos icōpa
biliter ꝑ dolore oim alioꝝ morientiū: tn̄ ex h̄ poſ/
ſum⁹ arguere acerbitatē magnā morꝫ etiā cuiuſ
libet hoim ꝓ q̄ xp̄s tā acerbā penā ſuſcepit. D

Exēplū ad id narrat Ceſari⁹ ꝛ habet in ſpeculo
exēploꝝ di.vj.exē.cij.ꝙ cū q̄dā ꝑor de ordie regu
lariū hoſpites collegiſſet mēſa ꝑpata ipe ſopore
miro afficit vt videret ſibi ꝙ moreret niſi dormi
ret.ꝛ cū ſe reclinaſſet mox q̄dā fr̄ ei⁹ ꝯuerſus dor
mitāti ꝑori ipi apparuit di. Dn̄e cū licētia veſtra
vado. Et ille. Quo vadis. Rn̄dit ꝯuerſ⁹. Ad deū
vado.q: mortu⁹ ſū in hora iſta. Et ꝑor dixit. Cū
mlti pfecti viri tranſeāt ꝑ purgatoriū q̄d ē q̄ō tu
dicis te abſolute iturꝝ ad deū. Ille rn̄dit. Habe
bā i ꝯſuetudine vt q̄ties corā crucifixo trāſirē ta/
lē orōnē dicerē. Dn̄e ieſu ꝑ illā amaritudinē acer
biſſimā quā ſuſtinuiſti ꝓ me in cruce maxie quā
do aīa tua egreſſa ē ō corpe tuo miſerere aīe mee
i egreſſu ſuo.ꝛ ſic exaudiuit de⁹ orōnē meā vt ſi/
ne purgatorio irē ad dn̄m. Et ꝑor dixit. Quō fu/
it tibi morienti. Rn̄dit. Uidebat mihi i agonia ꝙ
tot⁹ mūd⁹ eēt lapis vn⁹ ꝛ ꝑmeret pect⁹ meū ꝛ cor
ꝛ ſic ptꝫ ꝓpoſitū. Quarta rō ex diuerſitate mlti/
tudinis paſſiōis q̄ tūc triſticiā ꝛ dolorē facit in
aīa: put de h̄ dicem⁹ in arti.ij.hui⁹ ſmōis. Ul
tima rō ex expimēto certe reuelatōis. Nā vt ſcri/
bit Cyrill⁹ ꝑriarcha in ep̄la ad Aug. de miracul
bti Hiero. ꝙ cū tres mortui fuiſſent reſuſcitati
q̄ſdiu de cetero vixerūt ſine itermiſſiōe flebāt. Cū
q3 Cyrill⁹ interrogaſſꝫ vnū illū corā alijs duob⁹
cur tā dire fleret. Rn̄dit int cetera di.ꝙ aīa reſo/
luta fuerit a ſuo corpe tā grādi dolore ꝙ mēs nō
capit hūana. nec ego inq̄t niſi certa expientia di/
diciſſeꝫ credere potuiſſē.q: oīs anguſtia quā hō
extimaret nihil reputat reſpectu illius anguſtie.
Heu cur nō aduertūt mortales q̄b⁹ h̄ eueniet q̄ō
tūc mihi. Hec ꝛ mlta alia ibidē. Item de lazaro
reſuſcitato dic Aug.ꝙ nunq̄ꝫ de cetero riſerit me
mor illaꝝ penaꝝ q̄s expt⁹ fuerat. Ue ꝑ pctōri i/

E Circa ſcōm de merore mētali (penitēti.
in hora morꝫ notādū.ꝙ ꝓ tunc pctōrib⁹ ꝑcipue
q̄nq3 genera triſticie ꝛ meſtiſſimi dolorꝫ accidūt
ꝓpt q̄ō feſtinare debēt ad pn̄iam. Pria meſticia
cogitatōis.ſ.fluctuoſe q: cogitat de vxore ꝛ filijs
relinquēdis ꝛ ptim ō diuitijs multū ſibi dilectꝫ.
ptim cogitat ꝛ ſpat de lōga vita adhuc poſſe ha
bere.ꝛ cū h̄ fluctuat cogitādo de egritudine q̄ to
ta mēte fert ſepi⁹: vt dic Grego. Un̄ exēplū legi
tur de q̄dā diuite q̄ dū moreret alloq̄bat diuiti/
as di. O theſauri mei en morior iuuate me nūc
oſculabat auꝝ flens ꝛ argentū di. Cur nō veni/
tis mecū. ſic lamētabat de vxore ꝛ filijs: palacio
ꝛc. Itē di. En tot famulos habēs null⁹ illoꝝ ꝑce
dit me parās mihi hoſpitiū vl ſaltē ꝓ ꝑma cenā
futura null⁹ etiā me comitat.ꝛ ſic vas aureū dē/
tib⁹ ſtringēs cū diabolo expirauit. Scda me/
ſticia horrorꝫ et demonū viſiōe q̄ tūc innūerabi
les aſſiſtūt vt rapiāt velut lupi rapaces ꝓut patꝫ
ꝑ doctores ꝛ reuelatōes ꝑdictas. Tertia me/
ſticia exterritōis ꝓ offēſiōe. Un̄ Chryſ. ō egreſſu
aīe dic. Pēſandū ē cū iā peccatrix aīa vincul car
nis abſoluit q̄ꝫ amaro terrore ꝯcutit. ꝯſcie ſtimu
lis lacerat. recolit oīa ſcelera ꝛ inaniter amiſiſſe
penitētie indulta tp̄a. plorat dic vltiōis iminere
ſatagit adhuc ꝑmanere ſꝫ cōpellit ire.ſ.ad iudi/
ciū. Quarta meſticia dubitatōis.ſ.de ſalute et
q̄d ſibi ꝯtingat in iudicio ꝓ finali māſiōis depu
tatōe vtꝝ in carcere ifernali ꝓ illo ſero manebit
ac de cetero in ꝑpetuū aut in purgatorio aut i ce
lo ꝑmāſur⁹ erit. O q̄s nō timeat talia cū irreuo/
cabilis erit ſentētia ꝓ ſe vel ꝯtra. Sꝫ di. Nōne et
iuſti de hmōi icertitudine timebūt i morte. Rn̄/
det ꝙ q̄uis ꝛ iuſti timeāt tn̄ differēter. Sicut ex
empli grā duob⁹ poſitꝫ in carcere q̄ruꝫ vn⁹ ſciēs
ſe eē reū morꝫ expectat ſuſpēdi.ꝛ ali⁹ ſciēs ſe non
peccaſſe hꝫ ſpem liberādi: cū educūt de carcere il
le timet iſte ꝯfidit: ſic vtiq3 cōtingit pctōri ꝛ iuſto
cū ꝑ morte educūt ō carcere corpis. O ꝑ pctōr pe
nitere. F Ultima meſticia depditōis.ſ.oīs bo
ni ꝛ aīe ꝑpetuo ſine fine.ꝛ de h̄ dicem⁹ ſeq̄nti ar/

Circa tertiū de totali ꝑditōe in mor (ticulo.
te: nota duas ꝑncipales regulas. Pria ꝙ bon⁹
xp̄ian⁹ ex oib⁹ q̄ i morte amittit lucrū ſibi acq̄rit.
Sꝫ ꝑ oppoſitū ſcda regula ē ꝙ hō mal⁹ oīa tota
liter i morte ſine fructu ꝑdit. Et oñdūt dicte re
gule Primo de bonis mūdialib⁹.ſ. vxore: diui/
tijs ꝛ hmōi. Nā oib⁹ talib⁹ ꝑuat hō ꝑ morte. ſed
differēter. q: pctōr ſine oī fructu oīa ꝑdit. Sic le
git de diuite epulone q̄ ex oib⁹ bōis ſuis nec gut
tā aq̄ potuit ꝓ refrigerio habere Lu.xvj. Iuſtus
aūt ꝛ fidelis xp̄ian⁹ ex tp̄alib⁹ bonis teſtamentū
bn̄ ordinādo lucrat ſuffragia faciēda ꝑ vxorē vl
filios ꝛ ꝑ executores vt liberet ꝛ ꝑmiet. Exēplū h̄
occurrit q̄ō legit ō q̄dā Saladino ꝑncipe ſarace
norū ꝛ hꝫ in ſpe.exē.diſt.iiij.exē.lix. ꝙ Saladin⁹
apud Damaſcū cū ſciret ſibi mortē iminere voca
uit ſignifeꝝ ſuū di. Tu q̄ in bellis fers vexillum
meū fer nūc vexillū morꝫ mee.ſ. vilē pāniculū ꝑ
totā Damaſcū clamitādo. Ecce rex orientꝫ morit
ex omnibus bonis ſuis nō fert ſecū niſi h̄ vile lin
theamen: ſic erit de oib⁹ pctōrib⁹. Uerūtn̄ vt ſcri
bit Ro.viij. Diligētib⁹ deū oīa coopant i bonū.
q: ꝓ dilectiōe vxoris habebūt ineffabilē dilectio
nē ꝛ dulcedinē btitudinis. ꝓ filijs oēs ſctōs ꝛ be
atos angelos: ꝓ patre deū: ꝓ matre beataꝫ ma/
riā. gaudiū ꝑ bonis ſed malis ꝛc. Scdo oſtē/
dunt ꝑdicte regule de bonis aīe oibus, q: ania

bona ꝑ mortē lucrat᷑ dei viſionē ꝛ eternā beatitu
dinē: ſʒ mala ꝑdit ſe ꝛ oēs potētias. Matth. xxv
Ibũt hi in ſuppliciũ eternũ. iuſti aũt in vitā eter/
nā. Tertio de bonis corꝑalibꝫ. O q̄le teſtamē/
tũ facit pctōꝛ in morte dũ aiaʒ dat diabolo ꝛ bo
na tpalia mũdo. corp⁹ aũt v̄mibꝫ. ꝛ poſt reſurre
ctionē eternis ignibꝫ ꝛc̄. Sʒ iuſt⁹ licet ad tps vſ/
q̄ʒ reſurrectionē de᷑ in carne v̄mibꝫ: tñ inde acq̄
rit lucrũ reſurrectōis g̃loſe. Vñ canit eccl'ia. De
us cui corꝑa nr̄a nō pereũt moriēdo ſʒ mutant᷑ i
meli⁹. Quarto ð bonis oꝑibꝫ. q2 mal⁹ hō oīa
oꝑa etiā bona a puericia facta ꝑdit ꝑ malā mor
tē. Sʒ iuſt⁹ ð oībꝫ oꝑibꝫ bonis gaudebit ꝑpetuo
Ultimo de bonis celeſtibꝫ q2 mal⁹ ī morte ꝑ/
dit oīa merita paſſiōis xp̄i ꝛ btē marie ꝛ oīm ſā/
ctoꝝ ac btōꝝ celeſtiũ nil ꝯſequēdo ex illis. ſed iu/
ſtus oīa illa lucrat᷑ in morte. O ḡ chariſſimi q̄n
to conatu deberem⁹ ſatagere vt bñ viuēdo bene
moreremur. ꝛ ſic nō ꝑirem⁹ cũ malis et̄na mor/
te. O xp̄iana aīa ꝯſidera quō te ꝑdis niſi penitu
eris de peccatis. age ergo penitentiā. Et rogem⁹
chriſtũ vt ꝛc̄.

Dñica vltima poſt Pēthē Sermo p̄m⁹. ſ. de
turbulēto tp̄e antixp̄i ꝓpe finē mũdi.

# Erit tũc tribulatio magna q̄lis nō fuit ab initio mũ/
di vſq̄ʒ mō neq̄ʒ fiet Matth. xxiiij. ꝛ i
euāgelio hodierno. Uerba hec dixit ſaluatoꝛ nr̄
ð futura antixp̄i ꝑſecutōe in q̄ ſctā eccl'ia xp̄iana
maximā tribulationē patiet᷑. Vñ Bern̄. tractās
v̄bũ pſ. illð. Ecce ipace amaritudo mea: dic̄. ꝙ
tribulatio eccl'ie fuit amara in ꝑſecutiōe tyrāno
rũ. amarioꝛ i ꝑfidia hereticoꝝ. amariſſima in ſi
mulatiōe falſoꝝ xp̄ianoꝝ. q2 multas aīas deci/
piũt fraudulēter. ſʒ ſuꝑ oēs erit p̄amariſſima in
ꝑſecutōe antixp̄i. Tũ q2 eccl'ia tũc ceſſabit a mi/
raculis. Tũ q2 antixp̄s multa mala faciet i xp̄ia
nos. Vñ Gregoꝛ. xviij. moral'. dic̄. Tũc antiqu⁹
hoſtis totũ mũdũ ꝯturbat ꝛ totis viribꝫ eo ma/
gis inſurgit q̄ finē mũdi ꝓximiorē cōſpicit: ſcien̄.
tēptādi licētiā ſibi tollendā ꝛ ſe de ꝓximo in infer
no fore claudēdũ. Proinde eccl'ia romana i hac
dñica finali legit h̄ euāgeliũ qð loq̄t᷑ de fine mũ/
di ꝛ ꝑſecutiōe antixp̄i. Et q2 text⁹ euāgelij hui⁹ eſt
nimis ꝓlix⁹. iō eũ ꝑtrāſeo. Itaq̄ʒ exq̄ h̄ euāgeliũ
agit de tp̄e finali circa qð p̄cedere hʒ aduēt⁹ anti
xp̄i. iō de tp̄e circa fineʒ mũdi agen̄. tria myſteria
notem⁹ ꝑ hoc ſermōe.

Primũ de p̄cedentiũ ſignoꝝ obſeruatiōe.
Scðm de eccl'ie ꝛ xp̄ianoꝝ deſolatiōe.
Tertiũ de ꝓmeritoria pctōꝝ ꝯſũmatiōe.

¶ Circa p̄mũ de obſeruatiōe ſignoꝝ notan
dũ ſm doctores. ꝙ circa finē mũdi ſũt tria ſigna
ſollicite obſeruāda. q2 ſũt valde ꝑiculoſa q̄bus
coniecturari p̄t ð approximatōe aduēt⁹ antixp̄i.
Primũ ſignũ dr̄ antixp̄i expectatio.
Scðm dr̄ eccl'ie xp̄iane ſciſſio.
Tertiũ dr̄ multiplicis belli ꝑturbatio.
Primũ inq̄ʒ ſignũ de antixp̄o. q2 Aug. xx. ð ciui.
ꝛ Holkot ſuꝑ li. Sap. dic̄. Hoc generalit᷑ credē
dũ eſt ꝛ tenēduʒ ꝙ nō erit finis ꝛ aduētus chriſti
ad iudicium anteq̄ʒ fiat aduentus antichriſti in
mũdũ. Rō. q2 de⁹ ſic ordinauit: vt ptʒ ꝑ Apl'm
ij. Theſ. ij. Rogam⁹ vos fr̄es ne terreamini q̄ſi
inſtet dies dñi. q2 niſi venerit diſſēſio p̄mũ et re/
uelat⁹ fuerit hō pctī fili⁹ ꝑditōis ꝛc̄. Hoc aũt or/
dinauit de⁹ fieri Primo vt electi ꝑ hmōi tribula
tōes ꝓbent᷑ ꝛ merita ac p̄mia tāto maiora acqui
rāt ex v̄tute ꝯſtātie. Scðo vt infideles in talē peſ
ſimũ viꝝ antixp̄m creden̄. ꝛ oēs mali ꝯfundant᷑
ampli⁹ in xp̄i iudicio ſubſequēdo. Sʒ q̄lit᷑ de/
beāt tp̄e antixp̄i fideles ſeip̄os ſeruare ne decipi/
ant᷑ ꝛ pereāt cũ illo. Xp̄s dñs nr̄ i h̄ euāgelio tra/
dit pulchra documēta in myſterio. Primuʒ ē
vt ſcp̄turas ꝯſiderēt. Iō xp̄s dic̄ in euāgelio. Cũ
videritꝭ abominationē deſolatōis q̄ dicta ē a da
niele ꝓpha ſtantē in loco ſctō q̄ legit itelligat. Nā
vt Apl's dic̄. Ip̄e antixp̄s ſedebit in tēplo ſctō et
adorari ſe faciet tāq̄ʒ ſit de⁹. Sʒ ꝯ̄ h̄ ē recurrēduʒ
ad ſcp̄turas ſacras q̄ p̄dicũt eũ fore peſſimuʒ et
abominabilē criminoſũ. ſʒ ipſe ſcp̄ture p̄dixerũt
xp̄m fore veꝝ deũ ꝛ hoīem ſanctiſſimũ oī gratia
plenũ. Naʒ iſte erit vn⁹ mod⁹ antixp̄i q̄ decipiet
hoīes ꝙ falſe exponet ſcp̄turas de ſe retorquēdo
ꝛ ſe xp̄m p̄dicādo. ḡ h̄ remediũ docet xp̄s vt veꝝ
intellectũ teneam⁹. Scðm ē ꝙ vera miracl'a
diuinit⁹ facta ꝑ xp̄m ꝛ ſctōs ei⁹ recogitet ꝯtra fal
ſa miracula antixp̄i q̄bꝫ ſcðo mō decipiet hoīes.
Iō xp̄s dicit. Tũc q̄ in iudeā ſunt. i. in ꝯfeſſiōe fi
dei fugiāt ad mōtes. i. ad altitudinē ꝑfectōis vi/
te ꝛ miraculoꝝ in euangelio ꝛ ſcp̄turis ꝯtentoꝝ.
Tertiũ ē vt bona tp̄alia ꝛ ꝓſpera mũdi ꝯtēne
re curet. q2 tertio mō decipiet antixp̄s multos ꝑ
talia. ſ. ꝓmittēdo diuitias: honores ꝛc̄. O ſi nũc
veniret antixp̄s q̄ʒ multi auari: ambitioſi et car
nales ſibi adhererēt. Iðo xp̄s dic̄ nō deſcendere
ad tollendũ de ſeculo q̄ſi de domo aliq̄d. ſ. tp̄ale
Quartũ eſt vt tormēta corꝑis nō formidet. q̄/
bus antixp̄s q̄rto plures vincet. Iō dicit. Qui i
agro. ſ. certaminis eſt. nō curet de tunica ſua. i. ð
corꝑe ſaluādo. Quintũ eſt vt vitia carnalis cō
cupiſcētie euitet. q2 antixp̄s laxabit ſua lege car/
nalia vitia vt ꝑ hmōi plures attrahat. Vñ Gre
go. xxxij. moral'. dicit. Oēs q̄s in ſtudio carnalis
vite inuenerit antixp̄s iugo ſue dānatiōis aſtrin
get. ꝓpterea xp̄s dic̄. Ue p̄gnātibꝫ ꝛ nutriētibꝫ: h̄
ē carnali vitio vel affectu grauatꝭ q2 nō euadent
Sextũ ē vt ſctē orōni oꝑiq̄ʒ ꝛ feruēti charita
ti inſudet ne in tēptatōe cadat ſicut ꝛ xp̄s hortat᷑
di. Orate aũt vt nō fiat fuga ve. in hyeme. i. in fri
gore tepiditatꝭ a charitate vl' ſabbato. i. ocio ope
rũ. O ḡ chariſſimi diſcam⁹ talia xp̄i documēta
ſeruare ꝓ ſalute. ¶ Q; ſi q̄rat᷑ q̄s aut qual'
hō erit iſte antixp̄s ꝛ vnde oriũd⁹ ſit aut quō vē

turus ſit.quō regnabit ⁊ q̄ntuꝫ durabit. Rn̄deť
breuiť de iſtis ⁊ hmōi eius q̄litatibꝫ:qꝛ talia ſci-
re pplo modicā afferūt edificatōēꝫ .vn̄ ſufficit di-
cere ꝙ antixp̄s erit hō purꝰ nō diabolꝰ incarna-
tus vt q̄dā putauerūt ꝓut dič Hiero. ſup Dani-
ele.ſꝫ tn̄ diabolꝰ ī illo habitabit totaliť poſſiden-
do ī corpe ⁊ aīa ⁊ erit diabolo familiariſſimꝰ ex
cuius ꝯmercio mlťa ſcire ⁊ facere poťit. ⁊ ſic erit
mēbꝝ diaboli.ſič ⁊ fuit Machometꝰ ⁊ alij here-
ſiarche mlťa mala facien̄. Itē ſm Methodium
naſceť ī Coroſaym.nutrieť ī Bethſaida ⁊ d̄ gen-
te iudeoꝝ.ſm Hiero.ſup Dan̄.xj.ac d̄ tribu dan
vt expſſe dicit Amb.li.de bn̄dictōe pr̄iarcharuꝫ.
Naſceť aūt ex pr̄e cū ꝓpria filia peccāte vt dič Iſi-
do.li.de nūero ⁊ erit totꝰ malignꝰ. ſꝫ vērurꝰ ē ī ſi-
mulatiōe ſctitatꝭ vt nō reputeť fore antixp̄s ſed
hō ſctiſſimꝰ.alioq̄n ſibi nō crederēt.nā erit hō ſu-
ꝑbiſſimꝰ adeo vt ſe deū dicere audeat vt dič apo-
ſtolꝰ.Erit etiā luxurioſus ⁊ ī ꝯcupiſcētijs femia-
rū.dn̄abiť auri ⁊ argēti:⁊ occultos theſauros di-
abolo reuelāte repiet.⁊ ī copia reꝝ ꝑdet plīmos
decipiēdo:vt ſcribiť Dan̄.xj.Loq̄ť blaſphemias
ꝯ xp̄m ⁊ v̄ginē mariā ac ſctōs mlťos etiā ſeducꝫ
mēdacibꝫ ſignis.Mat.xxiiij.⁊.ij.Theſ.ij.Iudei
aūt ſtatim adherebūt eidē ⁊ credēt eū fore ſuum
meſſiā.Et mittet dn̄s Helyā ⁊ Enoch p̄dicare
ꝯ illum .ſed mlťo plēs credēt antixp̄o q̄ꝫ helye ⁊
Enoch.vn̄ d̄ illos faciet martyriſare.Et vt Lyra
dič ſup Dan̄.Decē maximi reges adherebūt ſibi
⁊ armata manu copia īcredibili īuadet orbē ter-
raꝝ ⁊ regēbit ꝑ mūdū totū tribꝫ annis ⁊ dimidio
anno.Tādē ſedebit ī papiliōe ī mōte oliueti ⁊ oēſ
adorabūt eū vt deum.⁊ tūc mādāte dn̄o ieſu ful-
mine ꝑcutieť ꝑ Michaelē archāgelū ⁊ ſic peſſi-
me ꝑibit.Hec ſufficiāt ad p̄ns. ¶ Scd̄m ſi-
gnū obſuādū citra.ſ.antixp̄i aduētū:erit eccleſie
xp̄iane ſciſſio vł diuiſio.Vn̄.ij.Theſ.ij.apl̄s dič
ꝙ niſi venerit diſceſſio p̄mū n̄ reuelabiť filꝰ ꝑdi-
tōis.Nā vt dič Lyra ibi maior ps credētiū diſce-
det a fide.⁊ ſic fiet magna diſpoſitio ad receptōꝫ
antixp̄i.Itē autor ꝯpēdij theo.ve.li.vij.c.vij.dič.
ꝙ p̄us erit diſceſſio ab vtroq̄ꝫ romano impio.q̄
ꝯpleta aderit antixp̄s. Terciū ſignū mlťiplicꝭ
belli ꝑturbatio:qꝛ vt xp̄s dn̄s teſtať Mat.xxiiij
Cōſurget gēs ī gētē ⁊ regnū aduerſus regnum ⁊
erūt peſtilētie ⁊ fames.⁊ hec oīa īitia ſūt doloꝝ
optꝫ eīm hec fieri ſꝫ nōdū ē finis.vn̄ Orige.ī ome.
ſup Mat.dič.Sič inq̄t aduētꝰ xp̄i ī plibꝫ gētibꝫ
diuia v̄tute fecit pacē ſic ꝯſeq̄ns ē vt ī aduētu an-
tixp̄i cū ꝓpť abūdātiā iniq̄tatꝭ refriguerit caritas
fiāt iteꝝ plīa:hec ille.Et de h̄ pla ī ſeq̄ntibꝫ. O q̄ꝫ
ſtulťꝰ ē hō q̄ cupit ꝑuenire ad illud tēpꝰ. ℞
Circa ſcd̄m de eccľie ⁊ xp̄ianoꝝ deſolatōe No-
tandū ꝙ ſctā eccľia ⁊ ppl̄s xp̄ianꝰ erit ꝓ tp̄e anti-
xp̄i ī maxima deſolatōe ſiue tribulatione triplici
rōne. Prio ꝓpť ſpūaliū bonoꝝ ceſſatiōem .q̄a
vt Gre.xxiiij.mora.li.dič.Tūc a ſctā eccľia inq̄t
miraculoꝝ ſigna ſubtrahēť.ꝓhetia abſcōdetur

orōnū gr̄a auferet.abſtinentie v̄tꝰ minueť.doc-
na ſubtraheť.⁊ v̄ba ſacra ꝯticeſcēt.Preterea ceſſa-
bit oblatio miſſe ⁊ ſacrificiū euchariſtie ī publi-
co fieri ꝓpť ꝑſecutōis atrocitatē niſi ī occulto q̄s
ī cripťꝭ vł alibi celebrare poſſit ſič fiebat ī p̄miti-
ue eccľie ſctē ꝑſecutōe.vt accipi pōt ex Dan̄.ix.⁊.xj
cap̄.Inſuꝑ vt Gre.mora.xxxij.dič.Pēſemꝰ q̄n-
ta erit hūane mētꝭ tēptatio illa qn̄ piꝰ martyr et
corpꝰ tormētis ſubijcit.⁊ tn̄ an̄ eiꝰ ocľos miracu-
la tortor facit.Hec ille.O q̄nta ḡ hec deſolatio ec-
cleſie ¶ Scd̄o ꝓpť multoꝝ xp̄ianoꝝ apoſta-
tatōēꝫ ⁊ fideliū īterfectōēꝫ tū ꝑ diſſenſiōes ⁊ guer-
ras p̄cedētes.tū ꝑ antixp̄m ꝑſeq̄ntē vt p̄dictū eſt
Nimiꝝ Methodiꝰ martyr cuiꝰ v̄bis Hieron̄.
teſtimoniū ꝑhibꝫ ſcribit ī lib.de p̄ncipio ⁊ fine ſe-
culi.⁊ inť cetera dič ꝙ filij Iſmael faciēt ī mlťis
terrꝭ ſanguis mlťi effuſiōēꝫ ſubiugādo illos.ſed
tādē exurget q̄dā imꝑator romanꝰ q̄ ducet illos
⁊ occidet ac captiuabit illos ⁊ iugū ſepties tātuꝫ
q̄ntū erat iugū illoꝝ ſuꝑ terrā iponet ſuꝑ illos.
⁊ tūc pacificabiť terra.⁊ occideť ab imꝑatore ro-
mano oēs q̄ xp̄m negauerūt.Poſtea egredienť
iudei decē tribuū q̄s Alexāder magnꝰ ī mōtibꝫ
caſpie ꝯcluſit:vt etiā dič Ioſephꝰ.ſ.q̄s Salma-
naſar captiuos duxerat.q̄ ꝯmedūt carnes hoīꝫ.
⁊ bibūt ſanguinē ⁊ ſerpētes ac ſcorpiōes ⁊ repti-
lia deuorāt.⁊ faciūt maximā ſtragē hoim.⁊ tādē
ꝑcutieť oēs a rege romanoꝝ.Poſtea romanoꝝ
rex deſcēdet ī hierľm ⁊ obtinebit eā ⁊ morabitur
ibi.Et tūc veniet filꝰ ꝑditōis:cuiꝰ aduētū audi-
ēs rex romanoꝝ aſcēdet ī golgatha vbi chriſtꝰ
dn̄s crucifixꝰ ē.⁊ tollet coronaꝫ de capite ſuo.et
ponet eā ſuꝑ crucē:⁊ expādēs manꝰ deo patri tra-
det xp̄ianoꝝ regnū:⁊ aſſumeť crux illa xp̄i ī celū
ſil cū corona regꝭ.Hec Methodiꝰ. Tercio ꝓpter
multoꝝ pctōꝝ enormiū ſuꝑabūdatōēꝫ.Nā xp̄s
dič ī euāgelio h̄.ꝙ abūdabit iniq̄tas refri. cha-
ritas.O q̄s pōt edicere q̄nta mala tūc fiēt.Sed
M Circa terciū de pctōꝝ ꝯ de h̄ arti.iij.ſeq̄ť
ꝯſūmatōe d̄meritoria q̄riť q̄lia pctā mūdanoꝝ
hoim demerenť apđ dei iuſticiā vt tā peſſimꝰ hō
ſcꝫ antichriſtꝰ p̄ualeat ⁊ ꝯturbet totū mūdū ad
ꝑiculū inūerabiliū aīaꝝ.Ad qđ rn̄deť ſm ſniaꝫ
doc.ꝙ deꝰ bonꝰ ⁊ iuſtꝰ ſine d̄merito pctōꝝ hoim
nō ꝑmitteret tot ⁊ tāta fieri in mūdo mala:ſꝫ iu-
ſticia dei exigit vt ꝑmittāť hmōi demerito enor-
miū pctōꝝ.⁊ h̄ ptꝫ Dan̄.viij.vbi ſcribiť ſic.Cum
creuerint iniq̄tates ſurget rex ipudicꝰ.ſ.antixp̄s
Et xp̄s dn̄s in h̄ euāgelio dič ꝙ tūc abūdabit in-
iq̄tas.Itē apl̄s.ij.Thim.iij.In nouiſſimis die-
bus inſtabūt tp̄a ꝑiculoſa ⁊č.Sꝫ q̄lia ſint iſta
pctā vtile ē ſcire vt caueamꝰ illa. Pro q̄ ſciē-
dū ꝙ ſm qđ Hugo li.j.de clauſtro aīe.⁊ Cipa-
nus li.de.xij.abuſiuis ſecľi tractāt.xij.ſunt p̄ci-
pue abuſiōes vicioſe ī mūdo q̄ fidelibꝫ ſūt mlťū
cauēde.qꝛ ꝑ talibꝫ deꝰ ꝑmittit multa fieri mala
iuſto iudicio.et qꝛ tp̄e antichriſti totꝰ mūdꝰ ple-
nus erit his abuſiōibꝫ.ideo deꝰ ꝑmittet orbē ex

demerito affligi ⁊ ꝑiclitari. Prima abuſio ē ſe/
nex ſine prudētia ꝟe penitētie. Cypan⁹. Quid ei
ſtolidi⁹ ꝙꝫ ſi mēs ad ꝑfectionē.ſ.pnie nō ꝯtēdat fe
ſtinare cū totū corp⁹ ad interitū videat̃ ꝑꝑerare.
oculi caligāt.aures vix audiūt.dētes labunt̃.ca
pilli defluūt.pectus tuſſitat.genua trepidāt ⁊c̃.
Scda ē adoleſcēs ſine reuerētia obediētie. Vñ
vbi ſup̄.ij.Timoth.iij.ꝑmittēs Apl's.ꝙ i nouiſ/
ſimis dieb⁹ iſtabūt tpa ꝑiculoſa. Subdit. Et erūt
hoīes ſeipos amātes:elati:ſupbi:ꝑentib⁹ inobe/
diētes ⁊ igrati ⁊c̃. Sꝫ ꝯ tales Cypan⁹ vbi s̃.dic̃.
Qualit̃ nāqꝫ in ſenectute ſibi miniſtrari ille ſpe/
rabit q̄ i adoleſcētia ſua ſeniorib⁹ obediētiā exhi/
bere ꝯtēnit. Hec ille. ¶ Tertia abuſio eſt di
ues ſine miſericordia elemoſyne. Cypan⁹. Dū in
terra q̄ſita diues diligēti cura cuſtodit celeſtꝫ pa
trie theſaurū ꝑennē amittit. Vñ vbi ſup̄ Apl's
dicit.ꝙ tūc erūt hoīes pietatꝫ ꝟtutē abnegantes
Propterea fiet dei iudicio vt oēs theſauros q̄s
nūc diuites in terra ſuffodiūt ⁊ nil boni inde fa
ciūt.antixp̄s reperiet̃ cū diabolo expēdat tūc i oē
malū ꝑ ſua volūtate pcti.⁊ ſic diuites tāto plus
torq̄ant̃ in iferno de diuitiaꝝ ſuaꝝ ifructuoſita
te. Quarta ē egen⁹ ſupb⁹ ⁊ paup̄ ſine hūilitate.
hec abuſio iualuit in mūdo iā nō modice. Cōtra
q̄s Ecci.xxv.ſpūſſāct⁹ dic̃. Tres ſpēs odiuit aīa
mea:ſenē fatuū:diuitē mēdacē ⁊ pauperē ſupbū
O hō vide q̄ꝛ oīa hec nūc creſcūt in hoīb⁹. Qui
ta abuſio ē ꝑdicator vel doctor ſine ope. O deus
magne.o ieſu bone legim⁹ ꝙ tu cepiſti ꝑmo face
re ⁊ ſic docere Act̃.j. Et dixiſti Matth.v. Qui fe
cerit ⁊ ſic docuerit ille ſaluabit̃.ſic ſcti:Dnic⁹:frā
ciſc⁹ ⁊ oēs ꝑdicatores.ſic ⁊ Auguſtin⁹ Ambroſi⁹
Hieronym⁹ Gregori⁹ ⁊ oēs alij fecerūt ⁊ docue
rūt. Nūc āt pauci ſūt q̄ faciāt etiā ſi doceāt. ⁊ plu
res erūt ſcādaloſi ꝑdicatores exurgen̄. circa fina
lia tpa. Sexta ē audiēs plebs ſine diſcipline ſu
ſceptōe. Nā nūc videm⁹ ꝙ ex mille audiētib⁹ ſer/
monē vix vn⁹ cōuertit̃ ad verā pniam:cū olīꝫ ad
vnū ſermonē Petri vel alioꝝ.5000. ⁊ ſepe pl'es
ꝯuertebant̃. Utinā nūc ꝑ ſingl'as ꝑdicatōes ſin/
gulis feſtis ſaltē vn⁹ ꝯuerteret̃.ſic cito mūdus re
formaret̃.ſꝫ circa finē adhuc pei⁹ erit. Septia
ē xp̄ian⁹ ſine religiōe.ſ.ſctimonie. Octaua ē vni
uerſus ppl's orbis ſine lege pleni oīm̄ iniq̄tate ⁊
fraude in artificijs ⁊ vēditōe. ¶ Nona ē pn/
cipes ſine iuſticia ⁊ ꝟtute.ſ.oppmētes paupes.
Decima abuſio ē eccl'iaſtic⁹ ſine ſctitate ⁊ deuo
tiōe.ſꝫ videm⁹ nūc plurimos laicos ſanctiores ⁊
deuotiores eē ꝙꝫ clericos vel eccl'iaſticos. De q̄b⁹
Hiero.viij.q.j.c. Qualis.dic̃. Uehemēter dei ec
cleſiā deſtruit meliores eſſe laicos ꝙꝫ clericos.
Undecima ē religioſus ſine obſuatōe regula/
ris vite. Nā cū olim religioſi eēnt ſctiſſime.ſ.vite
⁊ obſuātie adeo vt angelis forēt familiares. iāꝫ
mō rari iueniūt̃ veri obſuātes. Vñ de Cyrillo ꝑ
ſbytero anachorita mōtꝫ carmeli legit̃ ꝙ ei ange/
lus apparēs detulit duas tabulas eneas i q̄b⁹
int̃ alia hec ꝓphetia ꝯtinebat̃.ꝙ oīs religioſorūꝫ
ordo deficiet an̄ finē mūdi.excepto ordie fratruꝫ
mioꝝ.ſic h̄ idē reuelatū ē btō Frāciſco. et ptꝫ etiā
ex ꝓphetijs Joachim abbatꝫ:vt ptꝫ i lib.ꝯfor.vbi
etiā dic̃ ꝙ poſt mortē antixp̄i ipi fr̄es ſcti Frāciſci
ꝯuertēt ad xp̄m oēs deceptos ꝑ mūdū. Duode
cima ē ꝙ ꝯiugati ⁊ femie erūt ſine ꝯtinētia vicꝫ ca
ſtimonie. Vñ Methodi⁹ dic̃.ꝙ ꝑ tūc abūdabit
pctm̄ grauiſſimū ꝯ naturā tā i virꝫ ꝙꝫ i mulieri/
bus. Ue ḡ mūdo ab ſcādalis. Heu q̄s ſine hor/
rore cogitare valeat ꝙꝫ enormia pctā abūdare tā
cepert̃ i mōo ⁊ tūc erūt i ſūmo. O xp̄iana religio
quō ꝑſequūt̃ te nūc ⁊ tūc mali xp̄iani ⁊ deturpāt
ꝑdictꝫ abuſiōib⁹. O magne deus tu oīa vides. o
pctōres redite ad pniaꝫ ne ꝑeatꝫ cū antixp̄o eter
na dānatōe. A q̄ nos liberet xp̄s dn̄s ⁊c̃.

De eadē dn̄ica Sermo ſecūdus ſcꝫ ꝺ fidei xp̄i
ane firmitate ꝯtra antichriſtū ⁊ alios impugna
tores ſiue ꝯtra tēptatiōes.

# Abūt ſigna ma/

d gna ⁊ ꝑdigia ita vt i errorē iducāt̃ ſi fieri
pt etiā electi Matth.xxiiij. ⁊ in euā.hod.
Dn̄s ieſus volēs nos ꝑmunire ꝯ tēptatōes ⁊ ꝑ/
ſecutōes aduerſus fidē xp̄ianā q̄ ꝑſertim fiūt tē/
pore antixp̄i ꝑdixit.ꝙ tūc deo ꝑmittēte ꝓpt̃ hoīm
maliciā exurgēt pſeudo xp̄i ⁊ pſeudo ꝓphete faci
en̄.ſig̃ mag̃.ſꝫ diabolica arte mēdacijs ⁊ fallaci/
is plena:vt dic̃ etiā Apl's.ij.Theſ.ij. ꝓpt̃ q̄ m'lti
i errorē ducēt̃.j.Timoth.iiij. Jn nouiſſimis tpi/
bus diſcedēt q̄dā a fide attēdētes ſpiritib⁹ errorꝫ
⁊ doctrinis demonioꝝ. Et h̄ xp̄s dn̄s dic̃ fieri in
tātū vt i errorē ducāt̃ ſi fieri p̄t etiā electi. qō ſꝫ Ly
rā dic̃ ꝓpt̃ libertatē arbitrij.ſ.q̄ꝛ pn̄t errare ſi vo/
lūt:tn̄ electi etiā ſi errauerint ꝯuertēt̃ iteꝝ ad fidē
⁊ ſic ſaluabūt̃. Proīde vt xp̄iani tā moderni ꝙꝫ il
li⁹ futuri tpis firmi ſint ⁊ ſolidi in fide xp̄i. Jn h̄
ſmōe agem⁹ de firmitate fidei. de q̄ Apl'us dicit
Heb.xj. Sine fide ipoſſibile ē placere dō. qō pōt
poni ꝑ alio themate. Jtē Heb.vj.dic̃. Efficiamī
imitatores eoꝝ q̄ fide ⁊ patiētia hereditabūt per
miſſiōes. Hec ibi. Audiam⁹ ḡ chariſſimi ⁊ obſer
uem⁹ ꝟba xp̄i q̄b⁹ cōmonet nos i h̄ euāgelio. Et
q̄ aūt fides xp̄i ē ſūme neceſſaria ad ſalutē tā nūc
ꝙꝫ ꝑ tpe antixp̄i ⁊ ſꝑ. Jdcirco ꝺ ei⁹ firmitate vt ro
boremur forti⁹ tria myſteria notabim⁹ ſm qō ꝑ
hec tria firmata roborat̃ fides:vt patebit ſmōe
Primū ꝺꝛ ſcpturaꝝ ꝯcors ꝟitas. (iſto.
Scōm ꝺꝛ miraculoꝝ ifallibilitas.
Tertiū ꝺꝛ teſtimonioꝝ fidelitas.
¶ Circa ꝑmū de ꝯcordi ꝟitate ſcpturarūꝫ
notādū.ꝙ fidē xp̄ianā miro mō oēs ſcpture cō
firmant. Et h̄ declarat̃ ꝑcipue ex tribus.
Primo ex cōnaturali rōne.
Scdo ex ꝓphetali reuelatiōe.
Tertio ex legū vniuerſali dictatiōe.
Primo inqꝫ ex cōnaturali rōne. Nā apud theo/

